omia hmōi media laborare: dict⁹ aūt sylogism⁹ non est de medijs sed est solum ad statuendum nobis finez. non enim sufficit finē esse nobis statutū scōm vlem rōem. scz q̄ optia vita sit amanda z pseq̄enda. qz si ignoraret⁹ q̄ res sit illa vita optima nescirem⁹ q̄d pseq̄. ppt q̄ ex tertio de alia q̄ vltis estimatio nō mouet oz q̄ in particulari scire q̄ res sit illa vita q̄ est amanda z pseq̄enda. quo scito prudentie est inquirere per q̄ media res illa p se qui valeat z attingi. Item finis est primum pncipium in agibilibus. z opz quālibet scientiam z parirationē prudentiam supponere sua pma pncipia: ergo non ptinet ad prudentiam statuere sibi finē: sed hoc nō videtur mihi verū. qm̄ p̄missi dicti sylogismi sunt tales q̄ ipsis concessis aut negatis erit aliter aut aliter opandum. propter quod scōz dicta pus ille alie p̄misse videntur esse practicez ad prudentiam ptinere. Vel valet prima ratio ipo rū q̄ diceretur ante oēs illas partes esse aliam stituentem illis finem scōm rōem pticularē vel fozte, dicerē q̄ omēs ille tres ptes locū hñt i sylogismo p̄dicto. oportuit ei p̄mo mediū sylogismi inuenire. scōo de p̄missis ex dicto medio ꝓstitutis z deconclusione iudicare: tertio pcipere q̄ media iq̄rantur ad finē statutū attigendū in cui⁹ pcepti exercitione dicte tres partes hñt ite; locū. z ita deinceps donec opus sit ppletū. ¶ Scōa etiā rō eoz non valet qz nō opz sciam sua supponere pncipia scōm quācunq; rationem. licet enim in phylosophia naturali sit suppositum vel quasi suppositum naturam esse: tamen non est suppositum materiam primam esse: nec formam substantialem esse distinctaz a materia. imo inquiritur p̄mo physicorū. ppter q̄d alij dicūt z magis pbabiliter vt mihi videt q̄ illa minor q̄ dicit ptēplari z opari scōm ftutes est melior z delectabilior. quā delectari z̄ c. ē pncipiū practicum p se notū vel quasi sufficit tñ ad dictē minoris concessionem experientia z debitum ministerium sensus ipi intellectui hoc ei scz q̄ ad ppositionem aliquam concedendam indigeamus experientia z debito ministerio sensus non tollit q̄n ilia propositio sit pncipium per se notum apud intellectum sicut visum fuit in vnde cima questione sexti libri. Et q̄uis ita sit: tamen intellectus impediri pōt a concessione dicti pncipij. vel quia non exercuit opus contemplationis nec virtutis: ppter q̄d bonitatem ipsius z delectationem consequentem ipsum non potuit experiri vel quia affectiones inordinate sensitiui appetitus ad delectationes sensuales traxerunt intellectum ad iudicium ineptum: vel quia tedium tristitia siue difficultas apparuerunt coniungi studio comtemplatiuo: siue operi virtuoso. si ei opus virtutis exerceatur. et inordinata affectio sensitiui appetitus moderetur et tedium tristitia siue difficultas apparens in opere virtuoso remoueatur statim intellectus percipiet opera virtutum esse meliora q̄ delectationes sensuales q̄ pecunias aut honores. et in eis voluntas magis gaudebit aliter autem non virtutes autem morales inclinant ad exercitium operis virtuosi. moderant affectiones appetitus. sensitiui. et opera virtutum reddunt multo delectabi-

Secundo

impzobatur dictā oppionem.

rīsio ad p̄mā rationem.

Ad secundū

alia oppio ꝓbatur

quō ꝓcedim⁹ post finē statutum

quō ꝓbatur facit ad rectam estimationē mioris p̄mi sylogismi prudentialis.

liora atq; faciliora q̄ sint opera viciozū. sicut etiā in reiveritate delectabiliora sunt z facilioza. vnde p̄mo ethicoz. scōm seipas vtiq; scōm virtutē operationes delectabiles z Seneca q̄tum ad faciliorē tatē dicit in libro suo de ira sic nec vt a quibusdā dictū est arduū i ftutes z asperum iter est. facilis est ad beatā vitā via delirare negocios⁹ vacat pudicicia. libro occupatissima est. oīm deniq; ftutuz tutela facilis posito ergo exempli gra de quo nō curem⁹ an sit vel nō: q̄ p̄dict⁹ sylogism⁹ vel alter q̄cunq; talis. pcessus per quē finis vltim⁹ hūane vite nobis statuatur: sit p̄mus prudētialis processus et dicti sylogismi conclusio sit prima prudentialis conclusio manifestū est satis ex dictis q̄ mō virtus moralis et prudētia faciant ad habenduz de dicta conclusione rectam estimationem. apparet enim q̄ ad principium circa quod non cōtigit errare scz ad maiores propositionis concessionē neq; virtus moralis neq; prudentia aliquid opaē sed solum illa virtus intellectualis qui vocatur intellectus. apparet secundo q̄ ad secūdi principij circa quod contingit errare scilicet minoris propositionis concessionem prudentia non operaē: sed intellectus. z virtus moralis. z dico intellect⁹ tanq; virtus elicitiua iudicij. dico autem virtus moralis tanq; remotiua ꝓhibentium ex pte appetitus: sic ei malicia corrūpit illū practicū pncipiū scz inq̄tū firmat z auget ipetū passionis in appetitu. ꝓhibentē intellectum a vero iudicio quia sic sensus inepte ministrat obiectum. Sed tertio apparet q̄ ad concessionem conclusionis operatur virtus moralis et prudentia: dico autem virtus moralis dupl⁹. Vnom⁹ inquantum operatur ad dicti principij concessionem. ex quo ipsa conclusio inferebatur. Secundo quia remouet prohibētia ex parte appetitus. vicios⁹ autem appetitus rebellat z recto iudicio principij. et recto iudicio conclusionis et precepto sequenti dictum iudicium. z executionem tollit omino. dico autez prudentia dupliciter. Primo inquantum ipsa vtens logica ordinat. pcessum ad conclusionem ex pcessis principijs inferendam. secundo inquantuz eligit iudicium de veritate conclusionis virtute concessionis premissarum z ordinati processus. Ex his apparet quarto q̄ virtus moralis antecedit prudentiam nō tamē virtus moralis perfecta sed ichoata aut per assuetudinē aut per bonā natiuitatē vt per bonam inclinationem naturalem. vnde pueri si non habeant inclinationem valde bonā naturalem valde indigent ad concessionem principioz moralium bono consuetudinali exercitio. per doctrinam: per persuasionem. q̄ castigationem parētum aut amicorum. vel erit valde difficile ipsos fieri prudentes. propter quod dicitur in secundo huius. non parum differt sic vel sic ex iuuene assuefieri. Et ad hanc sententiam confirmandam valet q̄ iuuenes z passionum secutores non sunt huius scientie que est pars prudentie vt dictum fuit vtiles auditores. ¶ Vlterius aūt post dictum cōcessum scz quando nobis statutus fuerit finis oz ad media se cōuertere per que finis ille possit attingi. primo quidem inueniendo media illa vt dictum fuit prius. Secundo iudicando de medijs i

Intellectio piena tituli q̄ stionis

Secundo

Tertio.

VIcesimo quer̄itur. Vtrum virt⁹ moralis possit nobis acq̄ri sine prudentia. Arguit̄ q̄ sic: qz scia cū sit hit⁹ cōclusionis speculatiue supponit hītū pncipioz speculatiuoz. ita prudētia cū sit hītus cōclusionis practice supponit hītū pncipioz sed ille hītus pncipioz supponit ftutē moralē. qm̄ illa pncipia sine morali virtute nō cōcedunt. vt dictum fuit. malicia eni corrūpit pncipia practica. ergo ftutem moralem oz acquiri añ prudentiam. ¶ Item homo dicitur bonus homo simplr per virtutem moralē. sed absq; prudentia multi sunt boni simplr. ergo habent virtutem moralem. Minor ꝓbatur. quia dictum fuit q̄ hit⁹ acq̄situs p doctrinam. scz librozū moraliū z decretorū pertinet ad prudentiā. ppter quod nullus videtur acquisiuisse prudentiā. qui non studuit dictos libros. et tamen multi sunt boni homines licet in ctis libris nihil studuerint. ¶ Item ad bene agere requiritur virtus moralis. sed ad bene agere nō requiritur prudentia. ergo virtus moralis potest esse sine prudentia. Maior ꝓbatur. quia virt⁹ moralis apud animam est sicut sanitas apud corp⁹ vtraq; enim perficit. hec animam illa corp⁹ z op⁹ eius bene reddit. modo sanitas exigitur ad bonā et expeditam corporis operationem. ergo et virt⁹ moralis ab bonam et expeditam anime actionem. Minor vero probatur. quia prudentia se habz ad virtutem moralem sicut ars medicine ad dispositiones corporis. prudentia enim est cognitiua iustorum et iniustoz. pulchroz z turpium. z omnino illoz circa q̄ virtutes et malitie versantur. vt ars

medicinalis ē cognitiua sanoꝝ ⁊ egrotuꝝ: ⁊ oīno illoꝝ circa q̄ sanitas ⁊ egritudo versant modo ad bū opādū scōm corp⁹ nō reqrit ars medicinalis: sed sufficit sanitas ḡ ad bū opandū scōm aiaꝫ nō reqrit ꝓudētia sed sufficit ꝑt⁹ moralis. ¶Itē ex dicta ꝓportionabili sīl̄ itudine pōt argui ꝙ c: sanitas pōt haberi sine arte medicinali. ḡ et virtus moralis sine ꝓudentia. ¶Item virtus moralis acquiritur ex assuetudine in bonis operibus. sed aliqs potest assuefieri in bonis operibus sine ꝓudētia. ergo ⁊c. Sed tu dices domine minor est falsa: qz sine ꝓudētia nō cognoscere ē que sunt bona opera Respondebo ꝙ licet non cognoscam ex se q̄ sūt bona opera. nī possum credere prudēti. et ita me assuefacere in his que ꝓudēs dicet. Nā eū q̄ sanatur non opꝫ habere sciam medicinalē. sed credere hīn ⁊ opari scōm iussa eius. sic est hic ergo ⁊c.

Quarto.

Quinto

Oppositum.

¶Oppositū dicit Arꝫ. dicens ꝙ licet ꝑt⁹ naturalis possit haberi sine ꝓudētia. tn̄ ꝑt⁹ ꝓudētialis id est moralis non pōt haberi sine prudentia. Itez sine recta ratione non est ꝑtus: cum recta rō sit ei⁹ diffinitione ponatur. sed non sit recta. nisi ꝙ prudentiam igitur virtus moralis non est sine prudētia. ¶Item virtus est habitus bene et recte electiuus: sed non erit electio recta sine prudentia: vt dicit Arꝫ. igit ⁊c. ¶Ad euidentiam huius q̄stionis sciendū est scōm Arꝫ. ꝙ in nobis tam ex parte virtutis cognitiue q̄ ex parte appetitiue duplex ī uenitur habitus. scz vnus naturalis. quem ex naturali dispositione. ⁊ certa ꝓplexione habem⁹ confestim a natiuitate. ¶Alī⁹ ꝙ doctrinam vel experientiam ⁊ assuefactionem acq̄situs Et vtrobiq̄ hitus ille naturalis pōt esse bona dispositio. scz dispositiones ad bū agendū. vel mala scz dispones ad male vel non bene agendum: Bonā igit naturalem dispositionem ex pte ꝑtutis appetitiue vocat Arꝫ. ꝑtutē naturalē q̄netiā ⁊ mores innatos nobis dicēs ꝙ oibus videtur singulos mores existere natura aliqualiter eteni iusti ⁊ tpati ⁊ fortes ⁊ alia ꝓfecti habem⁹ a natiuitate vocat etiam mores non quis sint vere mores. cū sint absq̄ oī consuetudine. sed mores dicuntur qui a moꝫ habent sīl̄itudinē. Et non solū inuenitur dispositio naturalis ꝯclinans ad bonos mores. sed etiā ad malos que vocari pōt malicia naturalis. multi enī a natiuitate inclinantur ad iracundiā: ad ītpantiaꝫ ad auariciam. ⁊ sic de alijs. ⁊ hoc iuenies ꝓbatuꝫ hñ ab Aristo. in sexto de animalib⁹. Bonam aūt dispositionē ex pte virtutis cognitiue vocat Aristo. demoticā. quod forte idē significat quod īdustria naturalis ꝓaua aūt dispositio pōt vocari ebetudo. ⁊ cū hō spūs habeat in orgāno ꝑtutis cognitiue mobiles ⁊ flexibiles. ad quod disponit humiditas ⁊ caliditas ipē naturaliter dicitur inuentibus multitudinis mediocꝝ ad quēcunq̄ fines voluerit ⁊ si cum hoc orgānum memorie fuerit bene receptiuum. ad quod bñ disponit frigiditas ⁊ siccitas orgāni. tunc ipē erit bene iudicatiuus ⁊ pfūde ꝓpter experiētiā q̄ nō nisi ex multis mediꝫ pficiñ. vñ talis erit naturalis eubulia et synesis. ⁊ ita val de bene erit dispositus ad prudentiā si bene sit dispositus ad mores siue ad virtutes morales. et si fuerit dispositus ad vicia. tunc ipse ꝓmptitudinē habebit maximā ad astutiā: sī ꝙ ꝑte fuerit dispositus erit ebes oīno nec pōt ad aliq̄d dare consiliū nec de ꝓsilijs sciēs iudicare. imo q̄nq̄ nec potēs ad hoc quātūcunq̄ volēs recipere discipliñā. et talis dicerē asinet⁹ vel asin⁹ ꝓpt defectuꝫ iudicij. Et ꝺz ab a qđ ē sine ⁊ synesis. Et dicerē ebulio ꝓpt defectuꝫ ꝓsilij ab a qđ est sine ⁊ bula q̄si sine bula. vel melius ebulio ab e qđ est extra. ⁊ q̄nq̄ etiā ꝓtingit aliquos esse rudes in consilio ꝙ fundos aūt in iudicio vel econuerso scdz varietatem dispositionis naturalis diuersoꝝ virtutis sēsibilis organoꝝ. dicte aūt dispositiones naturales ex parte appetitus. quia disponūt ad virtutes morales aliq̄s virtutes morales dñr. ⁊ q̄nq̄ dñr prudētia qz disponūt ad prudētiā: si ḡ prudētia ⁊ virtus moralis capiañ ꝙ dictis naturalib⁹ hītibus vel dispositiōib⁹. nō est dubiū q̄n separari possit ⁊ in hoīb⁹ ⁊ ī asalib⁹ bruttis vt apparere pōt ī toto libro octauo de aīalibus ⁊ ī libro de phisonomia Arꝫ. ⁊ ꝙ cōclusionē notissimā. sed dicti hīt⁹ nō debēt dici ꝓpe ⁊ ꝙncipaliꝝ virtutes ī hoībus. qz non ꝑficiunt tm̄ ꝑtē intellectum ⁊ appetitum nec eos determinant ad optimas operationes ipsoꝝ imo demotes ita disponit ad astutiam vt ad prudētiā propter quod tales habens habitus scilicet dimus potest esse pessim⁹. si male fuerit morigerat⁹ virtutes autem naturales semper in idem opus inclinant quantuncunq̄ circunstantie fuerint repugnantes exemplum fortitudo ad semper expectandum pericula. manſuetudo ad semper sustinendum iniurias ⁊ patiendū. liberalitas ad semp expendēdū vel indifferenter omnibus dandum. ⁊ sic de alijs nō enī sequūtur ꝙncipium directiuum scz discretiuum circūstantiaꝝ sed ꝯclinant sicut grauitas que semp monet lignum deorsum siue ī locum ꝑseruatiuū ipius: siue in locuꝫ destructiuū ipius. puta vbi erit ignis ꝓburēs ipm. sic aūt ꝯclinare sp in idē non est bonū sed aliq̄n malum valde: q̄n aliq̄s fugiendū et aliq̄n aggrediendum ē et aliq̄n dandum ⁊ aliq̄n retinendum habitus autem illi qui dicuntur ꝓprie et ꝙncipaliꝝ virtutes appetitus sunt illi qui semper ad optimum opus inclinant appetitum. de quibus dicendum est ꝙ non possunt acquiri perfecte sine ꝓudētia. qđ ꝑt declarari tales habitus non sunt naturales vt apparuit ergo sunt ex assuetudine acquisiti. consuetudo autem vel est multiplicatum exercitiū simi lium opationum vel ex hmōi multiplici exercitio generatur. ¶Operationes aūt ꝑsit dupliciter eē similes. Unomō scdz substātiā ipsaꝝ. vt darez dare vel aggredi ⁊ aggredi ⁊c. Aliomodo possūt dici ꝓsimiles scōm sīl̄itudinem seu sīl̄itudinariā ꝙportionem ad aliquam regulam. Exemplum si latomus vnū lapidē faciat acutū. ⁊ aliū rotundum ⁊ vnū rectū. ⁊ alium tortuosum. regula data sibi tali existe. ipe dr̄ sp ꝓsimiliter opari quia ꝓxomīt regule sibi date habitus aūt inclinans semper appetitum ad opus bonum nō est generatus ex operationibus scōm substantiā ꝑsil̄ibus quia tunc sp ꝯclinaret in tales quēadmodum habitus naturalis quod nō esset bonū. non enī oz sp agere consimiliter scōm substantiā operationis. scz aliq̄n aggredi ⁊ aliq̄n fugere. aliq̄n dare ⁊ aliq̄n retinere ⁊c. Poꝫ

vñ ꝓcessit error eoꝝ q̄ crediderūt ꝑtutes posse haberi sine ꝓudētia

dupl⁹ aliquis pōt assignari opatiōib⁹ rōi ꝓsonis.

dupl⁹ opatio nes aliq̄ dr̄

similes.

igitur illū habitū esse generatū ex opatiōibus similib⁹ scōm ꝓportionē ad regulam regula autem cuius opatio ꝓformis fit semper bona ⁊ optima est recta rō de agibilibus distribuēs scōm circunstantiarū exigentiā q̄n opus sit itendendū aut remittendum ⁊ vbi ⁊ quō: et sic de alijs ad ꝑfectionem opis req̄sitis. hec aūt recta rō ꝓudētia est vl opus ꝓpium prudentie. ergo manifestū est ꝙ ꝑtutes appetitus dicte ꝓprie et ꝙncipaliꝝ non possūt sine prudentia generari. ¶Plurimi aūt valde decipiunt opinātes ꝙ ꝑtutes inclinant tm̄ ad certas passiones ⁊ operationes scōm substantiā: puta medias: ⁊ sic putāt ꝑtutes esse vere medias extremorū viciozum. sicut tepidum est mediuꝫ calidi ⁊ frigidi: ⁊ ita putant ꝑtutes abinuicē ⁊ a prudētia posse separari. quod est totū falsum. imo virtutes inclinant ad insequēdū sp in oī tpe iudiciū rōis qđcunq̄ recta ratio sniauerit. ꝓpter quod ad vicia se habet quasi totaliter dispate. vicia namq̄ ꝯclināt ad certas opatiōes ⁊ passiones. virtus aūt sp ad iudicium rationis. ¶Adhucyterius sciendum ē ꝙ aliquis potest assuefieri in operationibus consonis recte rationi dupliciter. vnomodo ꝙ non sibi sed alteri credat prudenti et scōm eius ꝓsilium opet. Et isto scōmō hitus gñabitur bon⁹ ī appetitu sed nō ꝑfectus simpl̄r: qz cū deficeret doctor exterior: nō haberet quomodo posset recte opari ⁊ qz cozda hoim sunt nobis occulta. ꝓpter qđ aliq̄n credim⁹ talē foze prudentē ⁊ bonū virū. qui est astutus ⁊ malus. ꝯ nō erit bonū ad eū ꝯclinare sum appetitū. ꝓpter qđ opꝫ ad ꝑfectionē virtutis moralis habere prudētiā in seipo. Et fozte ꝙ hoc intendebat Arꝫ. cū dixit nō ei qui solū scdz rectā rōem sed qui cū recta rōne habitus virtus est. Ad rōnes ad ꝑmā ꝺz ꝙ ad concessionem ꝓmoꝝ ꝙncipiorum practicoꝝ oēm actum prudentie ꝑcedēsium non indigemus virtute morali perfecta: sed sufficit ꝑtus moralis ꝯchoata ꝙ bonā natiuitatem quā vocam⁹ naturalē vel ꝙ assuetudinē doctrinalē a parentibus vel alijs suadentē vel cohortantem

Ad primam.

Ad secundā

Ad tertiam,

corrumpi. et ita generari egritudinem aut mortez per ipē pz quid sit dicēdū ad aliam rōem ꝙ vltima rō soluta est per ꝓdicta. Et sic finitur.

Questio. xxi. Arguit ꝑmo

Secūdo

confir.

Tertio

Quarto.

Quinto

Sexto.

Septimo

Octauo

Oppositum.

VIdet sumo ꝑmo q̄rit Utrū ꝑtutes morales sint nc̄io ꝓnexe qđ inuicē. Et arguitur ꝙ nō. qz generant⁹ ex exercitio actuū scdo huj⁹ aliq̄s aūt pōt exerceri ī actu vn⁹ ꝑtutis absq̄ hoc ꝙ exerceatur in actu alterius. ¶Item aliquis pōt esse magis dispositus vt a natura vel aliunde ad vnā ꝑtutē q̄ ad aliā. vñ ꝺz sexto huius oībus elvidetur singulos mores existere natura ⁊c. sed fozma ceteris paribus generatur citius. ⁊ ꝑficitur in materia magis dispōsita ad ipam. ergo homo hz acq̄rere vnam ꝑtutem ⁊ non aliam. Confirmat ꝙ si vna non posset acquiri ante aliā. tūc ex actu vnius ꝑtutis alia ꝑtus acquireretur. quod est falsum. ¶Item opꝫ assignare causam ꝓnexionis vel ex pte ꝙncipii effectiui: quod non videtur quia cans̄ tur ex actibus. ⁊ aliquis pōt exercitari circa vnū actum absq̄ ⁊c. vel ex parte subiecti quod nō pōt dici. quia vt oēs ꝑtutes morales sunt in appetitu it⁹ omnes intellectuales in intellectu. q̄tī nō ꝑsit necessariam connexionez. vel ex parte obiecti. qđ non pōt esse quia distinguntur penes obiecta. vel ex parte finis quod esse non pōt: quia fines ꝓpos habent diuersos. si autem habeant vnum finē communem: ita omnes habitus intellectuales. imo et omnes humane operationes vt dictum fuit ḡ ⁊c. ¶Itē signū hit⁹ generati est delectatio i ope scdo huius sed aliquis potest delectari in recte operando circa materiam temperantie: absq̄ hoc ꝙ delectetur in operando circa materiam fortitudinis ergo ⁊c. ¶Item quarto huius dicit Arꝫ. ꝙ licet omnis magnificus sit liberalis. non tamen opoꝛtet ꝙ omnis liberalis sit magnificus. et multi sūt viri magni pōderis in iustitia fortitudine aut magnificentia parum scientes de ludis circa quos ē eutrapelia. ¶Item operationes non sunt connexe nec vicia sunt connexa: nec habitus intellectuales ergo simili modo videtur et ceteris ⁊c. ¶Itē si esset connexe. tunc vna corrupta omnes corrūperent: quod nō videtur necessariū quia corruptio fozme non videtur esse nisi per actionem contrariꝰ. vel ꝙ corruptionē subiecti. ꝓmomō nō est necessariū. qz actus contrarij vni ꝑtuti corrumpentes eam non sunt contrarij alteri virtuti. nec scōmō quia potentie anime manent. ¶Item hoc erit ꝓpt connexionē ipārū prudentie vni existenti vt dicit Arꝫ. sed vt ꝓius de alijs arguū fuit. pōt argui ꝙ prudentia non sit vna tm̄. ⁊ ꝙ ꝑtutes non sunt ꝓnexe prudētie ¶Oppositum dicit Arꝫ. dicendum ē breuiter ꝙ sit per virtutes morales nos intelligamus habilitates naturales de quibus in precedenti q̄stione locuti sumus. tlle non esset necessario connexe: nec adinuicem. nec cum prudentia vt apparuit. ¶Item si per virtutes morales intelligam⁹ hit⁹ bonos ꝙsuetudinales tpi⁹ appetit⁹: posset eē dupl̄r. Unomō ꝙ de illis hītib⁹ seu ꝑtutib⁹ loq̄remur scōm ꝙ sūt ī statu ꝙsummate ꝑfectionis. Aliomō. put sūt adhuc ineſſe aliqualr imꝑfecto. ergo ifto scdo modo loq̄remur de ꝑtutib⁹ moralis.

bus: puto q̄ sunt ab inuicē sepabiles. vt pbaf pti
ma rō z scīa z forte alie. Si ꝓo ſtutes capiant
scīm statū sue ꝓsummate pfectiōis: puto q̄ nccio
sunt ꝓnexe. qō pbaf ꝑmo ex ordīe ſtutū ad inui-
cem sic: q̄cunq; nō opaf circa materiā tpantie vt
oz q̄lcq; occurrit sibi materia illa z ꝑmpte et dele
ctabiliter. ille nō hz ſtutē tpantie ꝓsūmatā. sed q̄
nō hz fortitudinē ꝓsūmatā casus pōt accidere q̄
nō opabit circa materiā tpantie vt oꝑ vel saltez
nō prōpte z delectabiliter. ḡ q̄ nō hz fortitudinez
ꝓsūmatā. ipe nō hz tpantiā ꝓsūmatā. maiorvidetur
nota ex libris ꝑcedētib⁹. ſtr⁹ ei sp̄ inclinat circa ob
iectū suū ad opandū prōpte z delectabiliter quod
oz q̄s opz z c̄. nullo ei mō tpantia pfecta ꝑmittit
peccare circa obiectū tpantie nec ꝑmittendo neq;
omittēdo. qz sic erit pctīs tpantie qō tpantia nō
ꝑmittit. Minor ꝓbatur quia si quis non fuerit cō
firmatus ifortitudine. tūs terribile poterit iuenire
q̄ mouebit appetitū ꝑter iudicū recte rōis: sicut
si crudelissīa mors imineat nisi mechef itpate a-
get ex timore ḡ z c̄. Ad istā tm̄ rōem rndef pba
biliter q̄ si tpantia eēt ꝓsūmata deficiēte fortitu-
dine nūq̄ obiectū terribilissīmū mouereat ad actū
intpantie circa obiectū tpantie. sed ille ꝓtius vel-
let mortē sustinere. tūs circa obiectū fortitudinis
mouerēt ad actum timiditatis. z modo consimili
diceretur de aliis virtutibus. sed forte q̄ ista rīs
tio tolleretur q̄ sequētes rōnes. saltē ꝑdicta ratio
ꝓcluderevidetur: q̄ tpantia ꝓsummata non posset
esse sine multa fortitudine licet non penitus cō
summata. quis enī ꝑter iudiciū turpis repulsam
circa quācunq; materiam vellet incurrere mortez
crudelissīmam. nisi multa fortitudine munitus.
non apparet nisi forte ex arbitrij libertate. Se-
cundo ꝓbatur idem ex ordīe virtutum ad ꝓudē
tiam: quia deficiēte fortitudie deficit ꝓudētia cir
ca obiectum fortitudinis. et deficiente ꝓudentia
circa obiectum fortitudinis. deficit ꝓudentia cir
ca obiectū tpantie: z deficiente circa obiectū tpā-
tie: deficit temperantie: ergo deficiente fortitudi-
ne deficit tēperantia. Propositio ꝓma apparuit
questione decimanona huius libri. virtus enī mo
ralis requiritur ad recte iudicandu de ꝓacticis
ꝓncipijs z ad recte iudicādum de mediis inuētis.
z ad firmiter ꝓcipiendum de iudicatis. Secunda
autem ꝓpositio manifesta est per hoc q̄ vna z ea
dem est ꝓudētia circa obiecta omnū virtutū mo
ralīū. vt dictum est supra. Sed tertia ꝓpositio ap
paruit in questione ꝑcedenti. cum ei virtutis sit i-
clinare ad illud quod recte iudicatum ē z ꝑceptū
z non in aliud manifestum est q̄ deficiente recto
iudicio deficit recta inclinatio. ergo z c̄. Alij tñ
tenentes aliam viam respondēt forte ꝓbabiliter:
q̄ in casu aliqualiter tacto defectus iudicii circa
obiectum temperantie non fit ex defectu tpantie
tantā enī habebat ille tpantiā q̄ nunq̄ passio pti
nens ad tpantiā seduxisset intellectum. sed passio
ptinens ad fortitudinē seduxit illū: iō totū pecca
tum est ex defectu fortitudinis: vt si fortes z pla
to portarēt lignū pōderosum z fortes in hoc labo
re debitā vī corporalē apposuerit. plato aūt piger
exīs subcubuerit: tunc ꝓstat q̄ lignum cadet ab
humeris virilisq; z forte ledet fortem. non tamē
ex defectu fortis sed ex culpa platonis. videf ḡ
imhīz aliq̄b⁹ q̄ iz dicta rō bñ ꝓcludat q̄ ad sp opā
dū bñ circa cibos z pot⁹ nō sufficiat tpātia. sed i
digeam⁹ alijs ſtutib⁹ cū eaꝫ obiecta circūstituerit
z q̄ ita virtutes nccio sint ꝓnexe tñ nō ꝓbat quin
absq; fortitudie saltē ꝓpleta possit i nobis ꝓpleri
tpantia sic q̄ delectationes tact⁹ z gustus non ha
bebunt vim inclinatiuam appetitus ꝑter iudiciū
rationis nec vim peruersiuam iudicij rationis licz
aliunde peruerti possit sez per alias passiones. iō
forte rationes ꝓius facte per rationem sequentē
fortificabuntur: per quam apparebit ampliꝰ cōnexio virtutum q̄ adhuc apparuerit. Tertio ꝓbatur igitur dicta conclusio ꝓbatur ex ordīe virtutū ad finem: virtus enim non solum est habitus electiuus sed electiuus ꝓpter hoc: scilicet honesti gratia sicut apparuit in secundo. virtutis igitur ē inclinare in honestum ꝓpter honestū vel ipsius dei amorem secundum seipsum et ob hoc refre-
nare passiones appetitus: et ita determinare ap-
petitum contra impetus passionum. q̄ nullomo-
do subducat rationem. appetitus autem non po-
test firmissime resistere passionibus ꝓpter ho-
nestū vel dei amorem. nisi sit in tali amore perfe-
ctissime confirmatus: quoniam ꝓpter vnum
quodq; tale et illud magis: si igitur firmiter resi-
stit ꝓpter firmiter amare. sequitur q̄ si firmissi-
me resistit passionibus q̄ magis firme amat deuz
vel honestum. Arguitur igitur sic: si quis habet tē
perantiam ꝓsummatam aut aliam quācunq; vir
tutem morale: ipe firmatus erit in amore dei vel
honesti ꝓfecta sed quicunq; in tali amore firmat⁹
est. ipe nullo genere passionis ꝑmittit se inclinari
contra honestuz cum hoc sit in potestate sua: nec
aliqua de causa permittet passiones inualescere
super rationem: aliter enī non esset ꝓfecte firma
tus in honore honesti talis aūt est ꝓfectus secun-
dum omne genus virtutis moralis: ſtutes ergo
morales sic connectuntur necessario q̄ nulla pōt
nobis acquiri sine amore honesti. amor autem ho
nesti cogit ad recte ratiocinandum z recte eligen
dum circa obiecta virtutum moralium. non vnius
tantum: sed omnium z etiā cogit siue determinat
ad recte operandum quotiens nobis occurrit ma
teria: ex huiusmodi aūt rectis ratiocinationibus
electionibus et operationibus multiplicatis om
nes virtutes morales ex ꝓudentia generantur z
quanto magis ac magis multiplicātur ille electio
nes et operationes: tanto magis ac magis amor
honesti firmatur in appetitu: et iterum econuerso
quanto amor honesti intenditur: tanto magis co
gimur ad rectam electionem et operationem cir
ca singula agibilium: et ita virtutes omnes ma-
gis ac magis intenduntur: et iterum cum amor
iusti tandem fuerit consummatus perfecte: tunc
omnes virtutes morales erunt perfecte: voluntas enim habens potestatem detinendi appetitus determinabatur ex toto ꝓpter assuetudinem et honesti amorem ad detinendum ipsum: quo detento nulla erit causa male iudicandi de a-
gibilibus. neq; male eligendi vel male prose-
quendi. nisi forte ignorantia inuincibilis. que
pctīm excusat. Item videf michi q̄ non esset

Euasio

Oppio cōis nominalium.

Tertio ꝓbat ꝓnexionē ſtu tū ex pte pru dentie.

malum dicere quod ad oēm virtutem moralem p
fecte consūmatam duplex ꝑter ꝓudentiam requ
retur habitus consuetudinalis vnus firmans z de
terminans appetitum ad amorem honesti qui ge
neratur ex multis actibus amandi honestū. Ali
us firmans z determinans appetitum ad facilit
sustinendum tristicias corporales. et refugiendū
voluptates z oct⁹ et ad rependum impetus ali
arum passionum que possent appetitum mouere
ad rebellandū rōni. et ille habitus generat ex as-
suetudine sustinendi et refutandi et reprimendi
dictas passiones. Quod enī isti habitus sint di
stincti rōnabiliter patet ꝓ hoc q̄ vterq; si de reli-
quo potest acquiri. multi ei mali sine amore hone
ste verbi gra ꝓpter ipocrisim vel ꝓpter lucrū aut
honorem mūdanū assueti sunt vigilare ieiunare z
labores plurimos sustinere: vel etiam non timere
terribilissima qui imo aggredi periculosissima. ex q̄
assuetudine generat habitus ꝓ quē illi faciliter z
ꝓpte faciūt hec oīa. alia cōsimilia que aī dicti
habitus acquisitionē fuissent valde difficilia. Simi
liter ecouerso si qs in camera clausa detineref ꝓ
totam vitā. vt sibi nō occurreret obiecta passiona
tiua videlicet terribilia vel tristibilia obiecta. de
licati cibi vel lasciue mulieres: pecunie vel hono
res z huiusmodi talia valde bñ posset assuefieri
in amore dei vel honesti exercēdo se ꝑ actu frequē
amandi deū z volendi ꝑferre ceteris oībus omne
illud qō est sciret eē honestū. Primus aūt istoꝝ
habituū non est bonus neq; meritorius scz absq;
scīo cū possit in prauis reperiri: secūdus aūt est
scīm seipm bonus et meritorius. iz forte non est
sufficiens ad opandū bñ totaliter semp z facilit
qō patet ꝑmo quia licet habens eū posset z vellet
subsistere z de facto subsisteret maximas tristici
as ad seruandū honestū tamen hoc non esset fac
liter neq; sine rebellione aliqua appetitus. ꝑter
quod forte talis habitus sine ꝑmo statum continē
tie non transcendit. Secūdo etiam talis habitus
scōs sine ꝑmo nō haberet sibi annexam ꝓudenti
am multam extensiue ꝑter inexperientiam agi-
bilium humanoꝝ. ꝑter quod habens eum non
posset in multis agibilibus circūstantiatis oēs
circūspicere circūstantias: nec haberet ꝓmpte
modū consiliandi. z ita putaret sepe ꝓdesse quod
obesset tales igit habitus non sufficeret ad semp
bene opandū z dico bñ opandus quo ad bonitatē
operis exteriozis talis enī nunq̄ aliquod malum
eligeret nec ipm faciendum esse iudicaret nisi ꝓ
pter sibi inuincibilem ignorantiam ipe enī ex quo
firmatus erat i amore honesti exercuisset opa vir
tutum exteriora si potuisset. z sic expertus fuisset
in hūanis actionibus et ꝓudentiam sibi acquisi
uisset. put ꝓfectus potuisset. ꝑter quod si maluz
agat ex ignorantia non est culpa. ꝙ videtur ergo
q̄ illoꝝ habituū vterq; p eius connexionem ad al
terum ꝓficitur et ex eis vna virtus ꝓfecta consū
mata dd bene opandū constituitur. puto enī q̄ ha
bitus scōs ceteris pibus firmatur fortius in eo q̄
habet habitū ꝓmum. q̄ si careret eo. videtur etiaz
michi q̄ talis virt⁹ sic totalis sit vnica scīm spēm
aut etiā scīm numerū. circa oīa humana agibilia
quo ad habitū secundū quem in se claudit. z q̄ sit

in oī ſtute ꝑ ꝓudētiā req rūf duo hit⁹.

q̄ illi duo hi- tus sueniant ē separati

ꝓatio illoꝝ hūuādiuicē

spē diuersificata quo ad habitū ꝓmū scīm diuer-
sitatem obiectoꝝ. eo modo quo in libris ꝑcedent
bus determinatū fuit de distinctione virtutū distinc
tio nāq; habituū videf oriri ex distinctione foꝝ
maliū obiectoꝝ. Omnia aūt agibilia hūana nō
sunt obiecta scīi habitus scīm vnā rōnem scz se
cundum rōnem honesti. seu cōsoni recte rōni. sed
ipsa sūt obiecta ꝑmi habit⁹ scōz q̄ sūt illatiua pas
sionum ipsi appetitui. ideo scīm diuersa genera
passionū oportet virtutes spē diuersificari. Et ite
rum videf michi q̄ virtus ipsa totalis ḡtū ad ha
bitum ꝓmum sit magis de genere viciozū. nō quo
ad malitiam sed quo ad substantiā ḡ quātum ad
habitum scīm habitus enī secundus videf oino
ad vicia se habere dispate. nā habitus ꝓius z vi
cia determinant appetitū in ordīe ad passiones
habitus aūt secūdus in ordīe ad rōnem. z placet
dictos duos habitus distinxisse siue bene siue ma
le vt alijs detur occasio ꝑfundius inq̄rendi. Ad rationes ad ꝓmum

ad ꝓmam

ꝓposita q̄ oīa agibilia aptine ant ad ſtutē scīm eādē rō nem

Ad rōnes ergo dicendū est. Ad ꝓmam q̄ nullus po
pter ꝑfectū amorē honesti exercitari potest in opi
bus vnius virtutis quin exercitef in opibus alte
rius etiā exterioribus si materia occurrat. et si nō
occurrat tñ scōz interiorem actū exercitabitur.
aliter non sup amaret honestū. sed concedo bene
q̄ aliquis potest exercitari in ope tempato ꝓpter
ꝓceptum ꝑsens aut ꝓpter timorem pene aut in
firmitatis vel ꝓpter aliā causā talem particulare
absq; hoc q̄ exerciteꝰ in ope iusto vel forti vel
magnifico. iz nūq̄ per huiusmodi exercitationem
sibi acquireret ꝑfectum tpantiā. licet bene dispo-
neret se ad eā. Ad alia cōcedit q̄ aliqs potest
impfecte ꝓus acquirere tempantiā q̄ acq̄rat for
titudinem scz pfecte nō habebit eā. donec erit pfe
cte cōsūmatus in amore honesti in quo nō consū
mabit nisi cū acquisitione aliaꝝ virtutū. Quādo
etiā oī q̄ vna vna virt⁹ non acquiretur p actū alte
rius dico q̄ verum est inquantū ille actus est pro
ꝓius illi virtuti. tñ inquātum in quolibet actu cu
iuslibet virtutis cōcurrit vnus cōmunis actus pu
ta amor honesti quelibet virt⁹ p actū cuius libet al
terius ſtutis generat aliquo modo: z intendit et
firmat. Ad alia potest dici q̄ rō cōnexionis ac ad tertiam

ad ſecundam

ad quartam

ad quintam

cipit ex idemptitate finis cuius amor concurrit
necessario ad omnē actū ſtutis nec est simile quo
ad hoc de habitibus intellectualibus quia licet sit
vn⁹ finis cōmunis ipsoꝝ tñ nō oportet in oī actu
ipsoꝝ habere oculū ad illū finez cōem potest etiā
dici q̄ rō connexionis sumitur ex ꝓudentia que
vna existens est regula dictans et ꝓcipiens ope
ra oīa oīm virtutū moraliū. quod iterum ꝓuenit
ex idemptitate finis. q̄ sez ꝓudentia simpliciter
dicta semp in oī actu suo habet oculum ad hone-
stum. Ad aliam dicendū est q̄ non esset vera et
perfecta tpantia p quā delectaremur in ope tem-
perato. nisi delectaremur in eo ꝓpter perfectum
amorem honesti. si aūt sic aliquis delectef in ope
tempato ipse necessario delectabit in ope virtuo
so. Alia ratio soluta fuit in septima questio-
ne quarti libri ꝓo quanto ipsa arguit de liberali-
tate et magnificentia sed ꝓo quanto ipsa arguit
de eutrapelia que est circa ludos: dicendum est q̄
non oportet eutrapelum esse citaristam vel iocus-

latorem sed sufficit q aliquid modicū solatij per
ticipet· aut in verbis aut in factis vt cū eo non sit
tristis cōtatio sed delectabilis hoc aūt participa
re possunt oēs qui non sunt simpliciter bestiales
vel aggrestes ꝛ si possūt·tunc necesse est vt i hoc
ad sextum exercitēt se i sint vere amatores honesti·Ad al i
am concedendū est q dispositiones naturales ad
virtutes non sūt connexe·necvirtutes sub esse im
perfecto nec vicia·nec habitus intellectuales qꝝ
non oportet q advnū cōem fineꝫ aspiciāt in oībus
actibus suis sed perfectevirtutes sūt cōnexe pro
pter hocq oēs sue operatiōes sūt connexe ad ope
rationem aliquā prudentie vni⁹ existentis vel eti
ad septimum am ad aliquā cōem operationem volūtatis puta
ad amorem honesti· ¶Ad aliā dicendum q si
sit aliqs actus qui ppter eius contrarietatē ad vir
tutem vel actum virtutis sit corrupti uus virtutis
necesse est illū esse nō solum vni virtuti contrari
um sed oi virtuti quia nullius virtutis potest esse
corruptiuus nisi quia in se claudit defectum amo
ris honesti ppter quod aliqualiter prefert ho
nesto· hoc aūt omni virtuti perfecte repugnat· de
vltima rōne dictum est satis in precedentibus.

Et hec de questione

questio· xxij·

Arguit⁹ primo ¶Queritur vicesimo scdo· Utrum sa
pientia sit virtus melior ꝯ prauden
tia· ¶Arguit q nō qꝝ virtus felici
tabilior est melior sed prudentia est
felicitabilior cū septimo politice di
cat Arꝛ· q quidā igit⁹ vnicuiq felicitatis adiacet
tantum ẽtum qdem virtutis ꝛ prudētie ꝛ eius qō
est agere scōm has sit cōcessum nobis teste deo q
felix quidem est ꝛ beatus ppter nullum aūt extri
Secundo secorum bonorum·ꝛc· ¶Item parū post dicit nul
lum aūt bonum opus neq virī neq ciuitati sine
virtute prudētia sed multimulta bona opank si
ne methaphysyca que sapia dr ergo prudētia est
magis nobis necessaria ad bñ operādū et p conse
Tercio· quens ipsa est melior· ¶Quidā etiam hoc oīno
conuincere putātes arguūt sic illa virtus est me
lior q perficit meliorem aie particulam: prudētia
aūt est hmōi ergo·ꝛc· ¶Maiorem videt Arꝛ· po
nere dicimus expresse ꝛ in septimo politice· Mi
nor aūt probatur multipliciter. Primo sic illud
est optimum hoīs quod corrumpit per malitiam
et extinguit per bestialitatē sed particula pfecti
bilis per prudētiā, est hmōi et nō particula specu
latiua ergo·ꝛc· ¶Maior istius pasylogismi patet
septimo huius vbi vult Arꝛ· q optimum in hoīe
malo malitia humana aliter corruptū est ꝯ in ho
mine bestiali· qm in hoīe malo corruptū est qꝝ de
prauatum in hoīe vero bestiali sic corruptū est q
non vtik eo· Minor aūt apparet in sexto huius
expresse vbi dicit Arꝛ· q temperantia saluat pru
dentiam ꝛ q intpantia siue malitia corrūpit eam
que tñ non corrumpit neq puertit estimationem
speculatiuam puta qm trigonum duobus rectis
equales habet· Secdo minor principalis probatur
sic· principalissimum i hoīe est id qō est maxime ho
mo sed pars perfectibilis per prudentiā est illud
quod est maxime ergo·ꝛc· ¶Maior videt nota de
se· Minor pbat per rōnes phylosophi nono hui⁹
nam illud in hoīe maxime dr homo in quod contī
nere vel nō continere homo dr continens vel incō
tinens ꝛ in quod vicere aut vinci homo dr victor
aut victus sed hoc est pars prudētialis· non pars
aliqua speculatiua ideo·ꝛc· ¶Tercio, pbatur mi
nor principalis sic naturale pcipiēs melius est obe
diente sed pars prudentialis precipit parti sapiē
tiali probatur per Arꝛ· sexto huius dicentē q pru
dentia licet nō precipiat sapientie tñ precipit ei⁹
gratia. Arguam ergo sic cui pcipit prudētia illi p
cipit pars per prudentiam perfecta sed prudēti
ā precipit parti p sapientiā pfectibili scz q spe
culetur gra sapientie acquirende ppter quod etiā
in principio hui⁹ sexti ꝛ in tercio de alia vult Arꝛ· q
pars speculatiua nihil mouet practica aūt mouet confirmatio·
ceteras potētias· ¶Et confirmat quia cui princi
patur appetitus intellectiu⁹ eidem principat in
tellectus appetitiu⁹ que est itellectus prudentia
lis habent enī se inseparabiliter in mouendo, ppt
quod Arꝛ· p eodem habuit electionē esse appeti
tum intellectiuū vel intellectum appetitiuū ꝛ in
tercio de alia voluit q appetitus nihil mouet sine
intelligentia practica neq; hec sine illo scz appeti
tus intellectiu⁹ principatur itellectui speculatiuo
et vniuersaliter oībus potentijs aie· vnde cūvolu
mus ambulamus et cū volumus speculamur: et ꝛrto pncipa-
cum nō·non ideo·ꝛc· ¶Item ad principale argu liter
unt illi sic prudens nō methaphysicus melior me
thaphysico non prudēte· ergo prudētia est melior
methaphysica consequentia videt de se nota sed
antecedens pbatur sic· quicūq simplicit est bon⁹
homo· est melior quocūq non bono simplicit ho
mine scz prudens nō methaphysicus est simplicit
bonus hō· quia ipossibile est simplr prudentem eē
non esse bonū hoīem vt apparet i isto sexto· scz me
thaphysic⁹ nō prudens nō est simplr bon⁹ hō quia
sine prudentia ꝛ morali virtute nullus potest esse
bonus hō. ¶Item illa virtus est melior cuius pn Quinto
cipalis effectus ꝛ pprius est melior· scz finalis ef
fectus prudētie est melior ꝯ finalis effectus sapi
entie, pbatio quia finis sapie est scire solū vel spe
culari vt apparet phemio ꝛ scdo methaphysice fi
nis aūt prudētie est bñ viuere totū hoc aūt est me
lius ꝯ scire tñ· ¶Item illa noticia est melior q Sexto·
est regula ꝛ mensura bonitatis hūane ꝯ que non
sed sola prudētia est hmōi vt vult Arꝛ· sexto hui⁹
dicens signū· aūt ꝛ en i nunc oēs qui diffiniunt vir
tutem apponūt habitum dicētes ꝛ ad que est scz
rectam rōnem qm talis habitus virtus est q scōm
prudentiam recta aūt que scōm prudentiā viden
tur vtiq dinare aliqualiter oīs ꝛ ob hoc in scdo
huius recta rō accepta fuit i diffinitione virtutis
Similiter etiam Seneca et Tullius p oēs libros
suos videntur oēm nostram felicitatem reducere
ad mores quorū tñ prudentia regula est et dña. ꝛ
si qs dicāt sapientiam felicitare videnf vt noīe oppositum
sapientie, p prudentia· ¶Oppositum videf sepe
tenere. Arꝛ· in isto sexto dicens erit vtiq sapia i
tellectus et scia· ꝛ quemadmodum caput habens
scientia honorabilissimoꝝ· quasi arguat sic habit⁹
ille est melior ꝛ honorabilior q ẽ circa meli⁹ et ho

norabilius obiectū sapia aūt versaf circa deū ꝛ i
telligētias q multo sūt nobiliores ꝯ sit hō ꝛ act⁹
humani circa que versaf prudētia· vñ subdit Arꝛ
inconuenies vtiq si quis sciam politicā vel prudē
tiam studiosissimā estimat esse· si non optimū eoꝝ
que in mūdo hō est. ¶Itē i fine sexti hui⁹ dicit q
sicut sanitas facit felicitatē corporis sapia facit fe
licitatē aie ꝛ q sicut ars medicinalis est ad sanita
tē ita prudētia ē ad felicitatē Arsaūt medicinalis
nō pncipaf saitatinō ei pcipit sanitati qd aut quō
opef sz pcipit gra sanitatꝛ, acqrēdevl' pseruāde tā
ꝯ ministra ipi sanitatiꝛ sanitas sit finis ei⁹ ergo si
militꝛ prudētia erit ministra sapie ꝛ sapia erit finis
eius hoc aūt intēdebat Arꝛ· in his ꝓbis neqꝯ pru
dentia pncipalis est sapie quēadmodū neqꝯ sani
tas medicinalis· nō enī vtik ipsa sz videt qualiter
sit illa cui⁹ gra pcipit sz nō illi ꝛ ponit Arꝛ· aliud
exemplū scz q· dicere prudētiam pncipari sapie si
mile est ac si diceremus politicā pncipari dijs ex
eo q pcipit circa deorū tēpla ꝛ sacrificia: nō tñ di
is sed gra deorū ꝛ in fine magnorū moralū dicit·
Arꝛ· prudentiā se habere ad sapiam sicut pcura
tor in domo ad dñm qui oīa disponit ꝛ pparat dñi
gra· vt dñs a necessarijs exsolutus possit opari si
bi cōgruentia· sic enī prudētia tanꝯ ministra pa
rat locū sapie· cōtinēs passiones ꝛ has tempans.
¶Item i decimo huiꝰ opationē scdm ꝓtē opti
Tercio· mā ꝛ optime ptis q est pfecta felicitas dicit Arꝛ·
esse speculatiuā· qō ibidē, pbat multis rationib⁹.
Et i phemio methaphisice videt Arꝛ· oīno preferre metpaphysicā ceteris habitibus in tellectualibus dicens ꝛ vt dicimus hō liber q suimet ꝛ nō alteri⁹ causa est sic ꝛ hec sola scz methaphysica libera est scientiarum sola nāqꝯ hec suimet causa est ꝛ ob hoc etiā totum genus speculatiuū videf aliquibus excellere totum genus practicū: quia practice scientie sunt propter opus: speculatiue aūt ppter se scz ppter scire solū ¶Itē parū post dicit· Arꝛ· Quarto
nec tali scz methaphysica alia honorabiliorē opz
existimare· ꝛ pbat· dicēs nā maxime diuina est ma
xime est honorāda talis aūt dupler erit quā ei ma
xime deus habet dea scientiarū est· et vtiq· si qua
sit diuinorū· sola aūt ista scz methaphysica ambo
hec sortita est necessariores quidē oēs sunt ipsa
Dignior vero nulla· ¶In solutione huius que decisio q̄stōis
stionis ego pscindo a sapia ꝛ prudentia humanis
omnem habitū nobis sup naturaliter infusū ꝛ ab
ista vita vitam futurā· quero ergo si non esset alia
vita nec aliquis habitus nobis supnaturaliter in
fusus· ita q methaphysica que de pmis causis en
tium considerat ea que de eis possunt humana ra
tione conuinci dicatur sapientia et prudentia di
catur que circa agibilia humana scz que sunt i po
testate nostra fieri vel non fieri· cōsiliatur iudicat
et precipit que sint agēda et que omittenda ꝛ qua
liter et quando et vbi sint agēda vel omittenda et
sic de aliis circunstantijs questio nunc soluenda
esset an sapientia sit melior ꝯ prudentia vel econ
tra· Ad quam questionem puto dicendum esse si
cut dicit· Arꝛ· q sapientia est simpliciter melior
principalior sicut bene probant (vt credo) ratio
nes· Arꝛ· superius inducte de quarum aliquibus
forte considerabitur amplius in decimo huius.

Sed ad pns̄ens aliqualiter habitudo sapientie ad
prudentiam, videatur scōm intentionem· Arꝛ·
¶Notandu est q sicut in maiori mūdo oīa sunt notabile
ordinata, sicut apparet in fine duodecimi methaphysice ita oportet in minori mundo scz in hoīe:
si bene ꝛ feliciter se debeat habere: oīa esse ordinata· ppter quod oportet aliquid in eo esse finem oīm aliorum in quod oīa tanꝯ in optimum reducuntur ꝛ hoc est operatio scōm virtutem optimā· in qua consistit hūana felicitas· sicut apparuit in primo ꝛ dicef in decimo· Que aūt sit illa virtus optima dubiū est an sit sapia vel prudentia vel virtus
moralis de alijs aūt virtutib⁹ nulli philosophorum dubitauerunt· quecūq aūt illarū trium virtutum ponak optima virtus oportet scōm dictaq alie
due sint ipsius gra vel operatiōes ipsarū operatio
nis sue gra· ¶Sapia· aūt nō ordinaf finaliter ad
prudentiam nec ad virtutes morales· nec ad ipsa pbat q sapia
rum opationes cū finis ipsius sit scire tñ vel ipsa sit pncipalior
veritas ꝛ non ad opus vt apparet phemio ꝛ scdo virtus
methaphysice ergo oportet naturali ordine prudentia ꝛ virtutes morales ordinef finaliter ad ipsam sapiam et ad opus ei⁹· ppter quod sapia erit optima virtus hūana· ꝛ opus ei⁹ hūana felicitas·
¶Item si ad dei operatiōes aspiciam⁹ apparebit
q illa dei operatio q ipse seipsū cognoscit ꝛ amat
que nō est opatiua· sz sui ipsius ꝓplatiua tñ· est
vel ex natura rei vel scz rōnem multo nobilior ꝯ
illa qua ipse cognoscit alia ꝛ agit ꝛ conseruat que
est opatiua Similit etiā opatio intelligētie qua ip
sa cōtemplaf essentiā diuinā est nobilior ꝯ illa q
ipsa cognoscit ꝛ agit alia, ppter quod etiā videf q
operatio nr̄i intellectus qua ipse deum cōtempla
tur q est opatio sapie sit nobilior ꝯ illa qua cogno
sci ꝛ operaf eorum q subsūt sibi que est opatio artis vel prudentie qō etiā ex hoc apparet qꝝ cū de⁹
sit finis oīm aliorū et nichil si bonū nisi, ppter causas finales vt dicit cōmentator scdo methaphysice manifestū est nihil habet aliqd boni ꝛ perfecti
nisi inquātum participat aliquā dei similitudinem. intellectus aūt nr̄ magis efficit similis ipsi deo q ipsius cōtemplationē ꝯ per eorū q sibi subsunt noticiā ꝛ operationē. cū deus principaliter et prima i
tentione cōtemplef seipsū ꝛ intētione secdaria cognoscat ꝛ agat alia· sicut bñ declarat cōmentator scdo celi cōmēto decimo septimoꝝ decimo tercio
¶Item videam⁹ ad quid ꝛ q̄tū nobis valeat prudentia ꝛ erit manifestū considerāti· q ipsa est cognoscitiua agibilū humanoꝝ ꝛ actiua· modo nō ē
dicēdum q ipsa ꝓ q̄to est cognoscitiua pscindendo ab ea actiuitatē sit nobilioꝝ ꝯ sapia nisi dicas
q nobili⁹ sit cognoscere cibū et potum etiā si nulla debeat actio pseq· ꝯ deū quod est absurdū· vel
de· nec est nobilioꝝ scōm q actiua qꝝ nihil videtur
nobis valere sua actiuitas nisi ad supplēdas corporis necessitates vel ad releuādas appetitꝰ fragilitates· dato enī q oēs essem⁹ semp sani ꝛ non i
digeremus cibo neq potu et sic de aliis corporis exterioribus bonis q ꝯ appetit⁹ nr̄ non ferref i
malum sed esset determinat⁹ naturalit ad ferri sēp
in bonū videf statim q actiuitas prudētie periret
non tñ cognoscitiuas qꝝ q̄to pfectiores essem⁹ tā
to magis cognoscere possemus qꝝ vellemus· et ita

videtur stati q actiuitas cōuenit prudentie occasione diminutionis cognoscitiuas autē cōne perfectionis ꝓpter quod cognoscitiuas est nobilioz actiuitate: sed prudētia ꝯtum ad cognoscitiuatē non attīgit ad nobilitatem sapie vt dictum fuit ergo nec quo ad actiuitatē. Si quis aūt querat vtrū ois scientia speculatiua sit nobilioz prudētia dicā q non sicut dixi z declarauim pncipio pmi libri.

ad rationes prima

¶ Ad rōes ergo dicendū est. Ad pmam q illo loco Arz. loquebat de felicitate politica nō de felicitate simpliciter. felicitas enī politica cōsistit in operibus prudentie felicitas aūt simplr in opere sapientie teste deo qui felix ꝺdem est z beatus. ꝓpter solā suipsius contēplationem nō ꝓpter quā cunq; ipius in alia vel circa alia actionem.

ad secundaz

¶ Ad aliam concedi potest q nullū sit opus bonum sine virtute z prudentia. nisi volūtas sua libera prāte suppleat vices virtutis z concedēdum est q multa possunt fieri bona sine methaphysica ꝓpter qō bñ. cōcedit q prudētia sit magis necessaria ad bene opandum ꝙ methaphysica. sz non sequit q ergo melioz sic enī ꝓbaretur q sanitas esset melioz ꝙ sapia et oino ordinata i finem ꝙ finis nā ordinata i finem sūt necessaria ꝓpter finem non econtra vt apparet in scdo physicoz. ideo bñ de methaphysica dicit. Arz. ꝓmio methaphysice necessariozes quidem oēs ipsa dignioz vero nulla.

ad terciam

¶ Ad alia potest dici q sapia perficit partem aie nobiliorem ꝙ prudentia qz sicut visum pars aie prudentialis z pars sapialis non distinguunt nisi ex distinctione actuū vel obiectorum vel ex distinctione dispositionum requisitarū in eadez aīa ad acquisitionem prudentie vel sapie. modo apparet ex pdictis q ꝯtum ad pmam differentiā pars sapientialis sit nobilioz quia versat circa nobilius obiectum et eius etiā operatio est nobilioz ꝯtum etiam ad scdam differentiam videtur q sapialis sit nobilioz qz sic ipsa nichil aliud videt esse ꝙ aia iam informata prudentia z virtutibus moralibus z aliis scientijs speculatiuis. sapientia enī hec oia supponit sicut finis ea que ad finez ideo dicitur esse postrema via doctrine.

videt ad aug. croztates zrō nes q videt ꝓbare q prudē tia pficit ptēp fectionem aie

¶ Tunc ergo respondendū est ad rōnes que videnr arguere cōtrarium.

ad primam

¶ Ad pmam potest dici q Arz. in illo septimo vocabat optimū in hoie totam ptem rōnalem distinguendo eā contra partē sensibilem ita q non intendebat distinguere inter ptem prudentialem z sapialem illa aūt tota pars rōnalis p intempantiam corrumpit pmo z directe quo ad eā partem prudētialem z ex consequenti quo ad ptē sapientialem inqztum ipa supponit prudentialē. sicut egritudo corrūpit directe sanitatem z ex cōsequenti totam ptem sensibilē.

ad secundā

¶ Ad aliam dicendum est eodemmodo q ille rōnes phylosophi nono huius non sūt nisi scdm compationem partis intellectualis ad ptem sensualem. posset etiā concedi q homo scdm cōem cursum et cōem modum loquendi magis dr pars prudētialis ꝙ pars sapientialis qz status sapientie cōmunem statum hominis excedit. ꝓpter quod de eo qui opus sapie exercet dr in decimo huius talis aūt vtiq; erit melioz vita ꝙ scdm hoiem. nō enī scdm q homo est sic viut sed scdm q diuinū aliquid in ipo existit.

Propter solutionē alteri⁹ rōis pōt notari q oēs hoies natura scire desiderant vt habetur ꝓhemio methaphysice z Tullius in libro de officijs dicit oēs enī trahimur naturaliter z ducimur ad cognitionis et scie cupiditatem. ꝓpter quod forte dicē dum est q naturali ordine nō oportet q pars prudentialis ꝓcipiat parti sapiali sed solū q ipa tan ꝙ ministra ꝓuideat de necessarijs z impedimenta remoueat. scz continendo passiones ordināda vires sensibiles habilitando ad facilit z ꝓmpte sustinendum labores z ita oportet q pareat pti sapientiali locūz idoneitatem opandi hoc enī facto quelibet absq; mandato desideraret naturalit ad discere z opus sapie exercere. ꝙ posse et in actuz transiret addiscendi vel speculādi qñ ergo dr q si volumus speculamur z si non. non cōcedo sed ipedimentis remotis z ordinato appetitu nos volumus non ex ꝓcepto prudentie: sz ex naturali inclinatione cū hoc etiam si ista rō valeret. ipsa concluderet q prudentia esset pncipalioz scipsa quia prudentia non minus ꝓcipit pti prudentiali ꝙ pti sapiali. sicut ergo puer lactat matrē sic sapiens speculatur remotis impedimentis absq; ꝓcepto prudentie eo solo q vterq; ad vtrūq; naturalit inclinatur.

ad tertiam ꝓncipale

¶ Ad aliam dicendū ꝙ ratio falsū supponit. non ei ē possibile aliquem esse vere methaphysicum sine virtutibus moralib⁹ et prudentia: primo quia habens affectiones ad alia nō potest bene studere. scdo quia talis statim false iudicaret de diuinis oportet enī ex noticia istoz sensibilium ascendere ad naticiam diuinoz. et ea que ꝓfectiōem arguūt eis attribuere. z ab eis alia remouere credentes ergo ꝓpter imprudentiam z moralem malitiam: q delectationes sensuales vel pecunie vel honores sint meliores ꝙ sapia vel iusticia credent vel nichil non esse deū aliū ꝙ ventrem suū vel ꝙ diuitias vel honores: vel credent eius bonitatem z excellentiā in hoc consistere. q vtatur nectare z mānā et cibis maxime delicatis vel in hoc q habeat indeficientes thesauros vel q plurimos habeat sibi seruitores. z non i hoc q cōtempletur seipm. z si talia non dicant ore. tū ea vi dentur habere mēte. ꝓpter quod videmus valde multos expectātes vitam futuri seculi magis vel le ꝓpetuo viuere sanos z iuuenes i hac vita. ꝙ ad aliam aliqñ trāsire tales ergo habitū circa diuina falsificant et nō habent methaphysicā. sed habitū sibi contrariū dicā ergo q verus methaphysicus est simpliciter bonus hō et pfectus: prudens aūt non methaphysicus est simplr id est absoluto sermone loquendo bonus hō. sz nō pfecte et cōsummate. cū hoc etiam putandū est q oīs vere prudēs plus habet de methaphysica nō falsificata i mēte ꝙ maximus disputator mal⁹ hō.

ad quartū ꝓncipale

¶ Forte tu obijcies q scdm dicta videt q malicia non solū corrumpat estimationem practicā. sed etiā estimatio nem speculatiuā dicendū est ipa non corrūpit directe z p se estimationem speculatiuā. sed p accidens z idirecte. iquantū corrūpit media p que nati sumus ad estimationē speculatiuā venire sicut apparuit.

ad quitam

¶ Ad aliā dicendū est q effectus finalis prudentie sic est bñ viuere totū quia prudentia simpliciter dicta statuit sibi finē sapiam vel opus

notabile

ad ꝓfirmationem

sapientie quem tñ vel quod ipsa non elicit. sed ad illum finem adipiscendū ipsa ordinat. circa alia totam vitā finaliter aūt effectus sapie est optima z suprema vita cōtinens oēm vitā inferiorem bonā sicut finis ea que ad finem.

ad sextam

¶ Ad aliā potest dici q prudentia est regula z mensura totius bonitatis humane politice nō totius bonitatis humane simpliciter nisi ꝓparatiue sicut ministra. Dicendū est etiā q Tullius z Seneca locuti sunt i suis moralibus de felicitate politica solū scz actiua. nō de contēplatiua que est felicitas simpliciter. Et sic est finis questionū super sextum libzum.

questio ꝓma septimi libri: Arguit ꝓmo

Hic querēdū erit sup septimum libzū ethicoꝝ vtrū virtus heroica z bestialitas sūt possibiles hoi.

¶ Quod non quia virt⁹ heroica est virt⁹ diuina sicut dicit Arz. scz quā hoies trāsformari solēt in deos. sed virt⁹ diuina nō pōt hominibus conuenire. sicut nec virtus hūana abest ijs nec hoies mortales existētes possūt fieri dij imortales. ergo. z.

Secundo

¶ Itē virt⁹ heroica est virt⁹ super nos sicut dicit Arz. excedēs virtutes hūanas sed talis nō pōt hoi cōuenire. qz virtus vnius cuiusq; attendit scdz maximū i qō pōt ideo virtutes hūane attēdunt scdm maxima z optima opabin q hō pōt modo vltra hoc nō ꝙuenit hoi virtus alia nisi sic dare maximo matus et optimo melius.

Tercio

¶ Itē virtus heroica vel est circa obiecta virtutū humanarū vel circa aliud obiectū. Si primo modo tūc nō est distincta ab alijs qō videt esse cōtra Arz. Si scdo modo tūc nō cōuenit hoibus quia hūane virtutes sūt circa oia hūana agibilia.

Quarto

¶ Item de bestialitate arguit sic bestialis nō solum habet intellectū corruptū sicut intpatus sed non habet intellectū vt vult Arz. sed null⁹ hō est q nō habeat intellectū. cū rōnale sit ꝓpria differētia humane spēi cōstitutiua.

Quinto

¶ Itē bestialitas ponit circa delectabilia inaturalia sed nulla sūt talia. p batio qz innaturale est violētū z oē violentū triste non ergo delectabile scdo qz delectatio causat ex coniunctione cōuenītis cōuenies aūt nō est innaturale tercio qz innaturalitas repugnat diffinitioni delectationis. nā sicut apparet primo rhetorice delectatio est mot⁹ quidā aie z cōstitutio simul tota z sensibilis in existētem naturā.

oppositum.

¶ Oppositū vult Arz. Ad videndū qd ꝓ bestialitatē z heroicā debeam⁹ intelligere. Sciendū est q cōtīnētia z incontinentia (sicut videbit post) sunt infra limites virtutis z malitie virtus aūt z malitia dicte hūmane sūt infra limites hūane cōditionis cōiter accepte bestialitas vero z heroica sunt extra dictos limites cū enī hō sit naturalit medius inf⁹ intelligētias z bestias. heroica dr scdm quā vltra conditionem humanā homo eleuat vers⁹ deū z intelligentias bestialitas aūt est scdm quā citra cōditionē humanam deprimit versus bestias. Est igit⁹ dubitatio pūs quō sit hoc possibile.

qd limites humane ꝓditōis

¶ Ad quod resp̄ dendum est. q in ꝓposito limites humane cōditionis cōiter acceptevocam⁹ ad quos oēs hoies hūmanes vsū rōis potentes sunt quenit ꝙ bonā vel malam assuetudinem z eruditionem hoim aūt quidā sunt melius nati scz habentes demoticā naturalē disponentem ac pfectionē prudentie z habentes mores bonos naturales disponētes ad perfectionem virtutum moralū. Alij aūt sunt pessime nati carentes demoticā z habent prauos mores naturales inclinantes ad malitias. modo nō est possibile prave natos ad tñ peruenire gradum excellentie ad quantum possunt peruenire bene nati vel si hoc est possibile ꝓpter libertatem voluntatis sicut dicebat in quidecima questione quarti libri. tñ hoc est difficile z inusitum ergo manifestum est q bene nati possunt excedere limites humane conditionis cōmunit accepte. ad illos enī limites possunt ascendere prave nati per bonā assuetudinem z eruditionem si habeāt vsum rationis.

alit qd ꝓtus heroica.

¶ Ad illa enī aliud est heroica quā virtus vel moralis vel intellectualis quā in summo potest sibi acquirere vir optime natus per optimam assuetudinē et eruditionem. Ita etiā dicā q vir male natus vitis per defectum eruditionem z malam assuetudinem vel etiam per egritudinem posset dimittere vsum rōnis ex toto vel quasi sic q ad talē gradum bene natus absq; egritudine descendere non posset ita scz q sicut bestia solo sensu vel q̄si vt etiā sēsu deprauato regeret vitā suā: z ita iā exiret alimitib⁹ hūane cōditionis. Esset ergo bestialitas habitus scdm quem vsu rōnis extincto vel quasi homo scdm solum sensum viuit.

dañia ꝺ bestialitas ꝙ malicia

¶ Unde bestialitas in continentia z malitia sic distinguūtur quod incontinentia peruertit rectitudinem in rōne malitia vero peruertit rationem bestialitas extinguit eam. vel sic incontinētia operat contra electionem malitia vero scdm electionē. bestialitas aūt ex ipetu passionis oēm deliberationem vel electionem excludens.

¶ Ex his ergo satis apparet q bestialitas z heroica sunt possibiles hoibus non oībus. sed heroica bene natis z bestialitas male natis.

ad rationes ad primam

¶ Apparet etiam quid sit vtraq; earum z q heroica non est virtus specie distincta contra virtutes humanas. sed est quidā modus ipsarum consistit enī in excellentia quadā z sūmitate ipsarum virtutū.

ad secundā

¶ Ad rōnes ergo dicēdum est. Ad pmā q heroica non est virtus diuina ꝓprie. sed scdm similitudinem scilicet qz per eam homo sicut est possibile simillimus efficitur ipsi deo.

ad tertiam

¶ Ad aliā dicendum est q heroica non est super omnem hominem sed super maiorem partem ipsorum. non enim pertingere possunt ad eam nisi bene nati. et optime eruditi. virtutes enim humane ꝓut contra heroicā distinguuntur attenduntur non penes summum et optimum in quod potest bene natus. sed penes summum ad quod oīs habens vsum rōnis potest attingere.

ad quartam

¶ Ad aliā dictum est q virtus heroica est circa obiecta aliarum virtutum nec distinguit ad alijs scdm speciem sed scdm modum.

¶ Ad aliam concedendum est q oīs homo habet intellectum scdm substantiam. sed non secundū vsum

ad quintam

¶ Ad aliā dicendū est q naturalia delectabilia vocāt i ꝓposito quecūq innata sunt delectare ab alta manentia sub dispositionibus cōuenientibus suis ꝓprijs spēbus. ¶ Sed ꝑter naturā delectabilia vocātur que delectāt a talia rōe cuiusdā depauationis ipsorū cōcedo igit q talia sunt cōuenientia z sic naturalia talib⁹ depauationibus sed non sequitur ergo simpliciter naturalia. vel simpliciter conuenientia sicut non sequitur amarum habenti gustum infectum ergo simpliciter amarum Et sic est finis questionis

delectabilia naturalia z i naturaliaquō capiunt in ꝓposito

questio scda. Arguit ꝓmo

OVeritur scdo. Utrum virtus heroica sit in appetitu sensitiuo. ¶ Arguitur q sic qz in eodē debent fieri bestialitas z heroica eo q cōtrarian adinuicē scōm Arꝛ. z contraria sūt nata fieri circa idē. sed bestialitas est in appetitu sēsitiuo, ꝓbatio ꝓmo quia per bestialitatem hō assimilatur bestijs modo non assimilat eis scōm intellectum nec scōm appetitum intellectiuū sed secundum sensum z appetitum sensitiuū. ¶ Secūdo quia i hoie bestiali non est vsus intellect⁹. nec per consequens vsus appetit⁹ intellectualis ergo non remanet vsus nisi sensus et appetitus sēsitiui. ergo nec i intellectu nec in appetitu itellectuali ponēda est bestialites sz in appetitu sensitiuo.

Secundo

¶ Item multi ponūt differentiā inter continentiam virtutem humanā z heroicā. quia cōtinentia nec mortificat nec tēpat passiones sed resistit eis in excessu existētibus virt⁹ aūt humana temperat eas sed nō mortificat eas. heroica aūt mortificat eas o ino vñ Eustratius ꝓmo huius de hac virtute vi debatur loqui cū dixit. querētes quod perfectū est scilz humanā felicitatē oportet festinare ad mortificationem irrōnabiliuz scz per istā virtutem heroicam modo virtus, mortificās passiones debet poni in subiecto illo in quo passiones: innate sūt fieri: sed ipse innate sunt fieri in appetitu sensitiuo ideo z̄ē.

Tercio.

¶ Oppositū arguitur qz viri⁹ heroica vocat⁹ diuina eo q ꝑ eā homo maxime assimilatur dijs ergo heroica ponēda est in parte superiori. ¶ Et confirmat⁹ qz heroica videt⁹ esse viri⁹ optima que possit alicui hoi conuenire optima aūt virtus debet esse optime potētie z appetit⁹ sensitiu⁹ non est. optima potentia. Et iam videt⁹ q heroica sit illa virtus in cui⁹ opere consistit humana felicitas esse scōm illā virtutē melior est vita q̄ scōm hominem. habens enī eā non scōm q homo est sicut dicit Arꝛ. in decimo. illa aūt virtus non est i appetitu sēsitiuo sed in itellectu speculatiuo. sicut Arꝛ. ibidē vellevidet. ¶ Multi ponunt istā virtutem heroicā in appetitu sensitiuo ꝓpter rōnes factas. sed non in appetitu cōcupiscibili sed in iracibili. ꝓpter eius arduitatem. ¶ Alij aūt ꝓpter rōnes ad oppositum adductas ponūt eā in voluntate. Et alij dicūt eaz esse sapiam in cuius opere dicunt humanā felicitatem consistere. ¶ Ego aūt puto scōm ea que dixi in vltima questione primi libri si per virtutem heroicam debeamus intelligere virtutem ad cuius perfectionē non possunt naturaliē attingere nisi bene nati. put diximus i alia questione. q virtus heroica ponenda sit z in appetitu sensitiuo tā concupiscibili q̄ iracibili z in appetitu itellectiuo et in appetitu practico. et in intellectu speculatiuo. in omni eni appetitu nō virtus moralis ponenda est in oi parte intellectus virtus itellectualis vt apparuit in ꝓmo libro z in sexto. Quo ꝓcesso rōnabile est dicere q vir bñ nat⁹ ad talē gradū virtutis i appetitu sensitiuo puenire pōt ad quem alij non puenirent z per consequens etiā in itellectu z volūtate. ꝓpter in ipso sensū z appetitū sensituum magis esse subiectos naturaliter itellectui et voluntati et in eis melius ministrare. Tū sicut in fine ꝓmi libri dicebat⁹ de virtute moali. ita nūc est dicendū de virtute heroica q nomen ei⁹ magis principaliē dē de virtute volūtatis aut intellectus q̄ de virtute sensus, vel appetitus sēsitiui. hec ergo virtus heroica dicta ꝓncipaliter in vita actiua est virtus intellect⁹ actiui z virtus voluntatis z cōsequenter virtus appetit⁹ sensitiui. ꝓpter quā recitat hic Arꝛ. de hectore dictū fuisse qñ erat valde bon⁹ nec̄ videbat⁹ viri moralis puer existere sz dei. in vita aūt cōtemplatiua virtus heroica dicta principaliter est ipsa sapia vel illa virtus in cuius opere cōsistit felicitas cōtemplatiua. ꝓpter quā cōmentator in. plogo suo quē premisit libro phȳsicorum dixit de Arꝛ. q talem virtutē esse in idiuiduo vno miraculosum z extraneū existit et q si hec dispositio in hoie reperit digni⁹ foret esse diuin⁹ q̄ humanus de bestialitate aūt puto esse distingendū quidā eni a natiuitate carēt vsu rōnis. ꝓpter ozbitatem seu defectū virtutis ymaginatiue vel cogitatiue. Alij etiā amittūt vsum rōnis. ꝓpter egritudinem vt qui maniaci efficiunt⁹ vel mente alienati. z constat si isti viuūt bestialiter q pars superior nō est in culpa: cū non sit i potestate sua sine ministerio sens⁹ suas exercere opationes. sed totū ꝓuenit ex defectu ptis sēsitiue vel corporis. nec talis bestialitas est habit⁹ moralis sed est dispositio naturalis vel casualis existens subiectiue in organo sensus vel appetitus sensitiui. Alij aūt sūt qui potentes vti rōne nō vtūtur ea vel agūt aliqua inhumana ac si non possent vti rōe et hoc accidere potest duplicit. ¶ Uno modo. ꝓpter passionē vt in mulieribus aliqñ nouiter ipregnatis que terrā comeduntvel carbones. ꝓpter infectū esse appetitū a fumis ex retentis menstruis ascendentib⁹. alio modo potest hoc accidere ꝓpter cōsuetudinem Si ergo talis bestialitas fuerit ꝓpter passionē absq̄ cōsuetudine videt⁹ q ipsa sit dispositio quedam in organi sens⁹ vel appetitus sensitiui. tū de trāsitu in actū culpāda est rō et voluntas: qz cuz non sint ligate: ipse possent resistere passioni. Si vero bestialitas fuerit. ꝓpter cōsuetudinē: tūc putū q habitus ꝓau⁹ fuerit gnātus z in appetitu sēsitiuo z in voluntate et intellectu et q ista bestialitas sit vera malitia maloz q̄ humana. Et videt⁹ michi q ista sūt satis manifesta licet alij multi non dicāt sic. ideo soluēde sūt rōnes. ¶ Ad ꝓmam dicendum est q si bestialitas fuerit habit⁹ per cōsuetudinem acq̄situs in potētevti rōne: tūc habet fieri in eodem subiecto in quo fit heroica. Si aūt bestialitas fuerit. ꝓpter impotentiā vtendi rōne: tunc ponitur ponēda est solū in parte sensibili et ꝓuatiue in voluntate et rōne. ita q heroica z be

tres cause sine modi bestialitatis.

duo modi vsuperabiles

ad rationes

ad ꝓmam

stialitas ad intellectū z voluntatem se habeant sicut lux perfecta et tenebra pura ad ꝙ arguit. Ad alia rōem z ad rōes in oppositū pōt satis solui ꝑ ea que nunc dicta sunt et ꝑ ea que post dicent⁹ ꝑ ea q̄ dicta fuerūt in vltima questione ꝓmi libri z i decima secundi z̄ē.

Ad secundā.

questio tertia

OVerit⁹ tertio vtrū ꝓtinētia sit i volūtate subiectiue vel i appetitu sensitiuo videt⁹ q sit i appetitu sensitiuo qz multi ponūt tpantiā i appetitu sēsitiuo. ꝓpter hoc q moderat passiones ipi⁹ ꝓtinētia aūt i eodē subiecto videt⁹ fieri tpātie cū ipa z tpantia sint circa idē obiectū. Et confirmat⁹ quia continentia non est melior habit⁹ q̄ tpantia sicut dicetur post. ꝓpter qō nec poni debet i subiecto meliori. ¶ Itē ꝓtinētia z icōtinētia cum sint contrarie debent fieri circa idem subiectum: sed incontinentia videtur esse in appetitu sensitiuo ꝓbatio primo: quia victoria debet attribui vincenti magis q̄ victo. sed incontinente sensus seu appetitus sensitiuus vincit rationem z electionem. Secundo quia incontinētia videtur sequi dispōnem corporalem: talis autem habitus non debet attribui potentie separate cuiusmodi sūt itellect⁹ z voluntas. Quod autem incontinentia sequatur dispositionem corporalem. probatur ꝓmo ꝙ hoc q viri fiunt incontinentes mulieres autez nonvt dicit aristoteles. mulieres autem a viris distinguntur per dispositiones corporales. Secundo ꝙ hoc quod dicit aristoteles maxime autem acuti et melancolici secundum effrenatam incontinentiam sunt incontinentes: isti aūt ab aliter complexionatis distinguntur scōm dispositiones corporales. ꝙ̄ ē. Oppositum arguitur quia homines dicim⁹ continentes aut incontinentes bestias autem nō. ꝓpter quod in tali subiecto debent poni per qō homo distinguitur a bestijs: hoc autem est non ꝑ partem sensibilem sed per partem superiorē. qō etiam ꝑ hoc ꝓfirmatur q̄ hoies bestiales nō dicimus ꝓtinētes qz nō hñt rōem z electionē. Notandū ē sicut dictū fuit in ꝓmo libro z i scdo q ꝓtinētia. put de ea loqtur arꝛ. in isto septimo libro et tēperantia conueniūt i hoc q vtraq̄ rectam habet rōem z electionē: sed differt qz tpātia moderat perfecte passiones z oino detinet appetitū sensitiuū vt nō rebellet rōi sed sibi ꝓsonet oino. Continētia aūt non ita moderat ipet⁹ passionū. ꝓpter qō hz appetitū sensitiuū rebellantē rōi tū per ipsam ꝓtinētiā vincit ipetus ille passionū. ꝓpter quod ꝓtinētia illud exseq̄tur trepidāter z cū annexa quadaz displicētia qō tpantia prōpte z delectabiliter operatur. Incōtinētia aūt z itpantia ꝓueniūt in hoc q vtraq̄ trāsit i actū turpē seq̄ndo mot⁹ passionuz z differt qz incontinēs rōnē habet rectam saltez cū fuerit extra passionē. ꝓpter quā nō transit i actū turpē nisi ex fozti passione z cū quadā ꝓtendētia sed itpatus habet rōnem deprauatam z oino consonam passionibus: ꝓpter qō etiā extra passionē exīs querit obiectum circa quod exerceat suam turpitudinē. ¶ Dicūt q̄ aliqui q̄ continētia non ē in intellectu neq̄ in appetitu sensitiuo: quia opz illā potētiā in qua ponit⁹ ꝓtinētia aliter se habere sub ꝓtinētia z ita sz sub icōtinētia sed itellectus nō aliter se hz qz rō recta ē vtrobiq̄ nec appetit⁹ sensitiuus aliter se hz qz vtrobiq̄ patit⁹ ipetuose z rebellat rōi igit z̄ē. Scdo dicūt q ꝓtinētia est in volūtate: qz cū nō sit i itellectu nec i appetitu sensitiuo: relinq̄t q sit i volūtate. Et qz ꝓtinētia non tpat passiones. sed resistit eis: resistētia aūt est alteri⁹ ad alterū: nō opz aliā esse potētiā in qua ē cōtinentia ab illa in qua ponūtur passiones. z quia ꝓma differentia continentis z icontinētis: videtur eē in electione volūtatis: continēs eni eligit secūdū rationem z dimittit passionē. Incōtinēs aūt ecōuerso. ¶ Sed contra istā rōem obiicitur quia tūc incōtines oparet scōm electionē quēadmodū ite peratus ꝓmis est falsum. quod ꝓbatur ꝙ Arꝛ. ponentē differentiaz inter itemperantiam ex vna parte et incontinētiā z moelicie ex alia. dicentē q. ꝓsequs superabundantem delectationem vel fugiēs tristitias. ꝓpter electionē oz intemperatus. non eligentiū aūt hic quidez ducitur. ꝓpter delectationē sz incontinēs. hic aut ꝓpter fugere tristitiā que a concupiscentia sz mollis. Alibi etiam dicitur q delectabiliū. ꝓsequens superabundantias ꝑ ꝓpter electionē z intellectuz: dicitur incontinēs Argueretur ergo per suā rōem contra ipsos, sic. In illa potētia non est ponēda ꝓtinentia: que similr se habet in incontinēte z ꝓtinente: sed volūtas est hmōi. sicut ei vtraq̄ hz verā rōem: ita z rectam electionē. sed sicut dicit Arꝛ. ꝑe rōi z recte electioni hic qdē i manet hic aūt nō i manet. Sed illi rñderēt q licet volūtas añ aduētū passionis eligat secūdū rationē: tamen in aduentu passionis dimittit rōem et sequitur passionē: ꝓpter quod adhuc ꝓma differentia ꝓtinētiez incontinentie est in ipa voluntate. Tū adhuc est dubitatio contra istos qz sicut in aduētu passionis volūtas cadit ab electione recta ita z rō: tunc infirmat⁹ imo cū actus volūtatis sit posterior natural⁹ actus intellect⁹ videt⁹ q̄ ifirmitas volūtatis eueniat. ꝓpter ifirmitatem rōnis. nō forte dria ꝓtinētie z icōtinētie non ē ꝓprimo ex ꝑte volūtatis: sed ꝓpius ex parte rationis. De his aūt magis videbim⁹ infra. Quicquid tū de hoc dicatur: ego puto esse dicendū de cōtinētia z incōtinētia sicut in fine ꝓmi libri dictum fuit de ꝓtute z malicia videlicet q in appetitu sensitiuo pōt poni continētia q̄dā z icontinētia: z q etiā in volūtate ponēda est ꝓtinētia et incontinētia z q illa q̄ est in voluntate ꝓncipalioz est ea q̄ ponitur i appetitu sensitiuo: nā i q̄cūq potētia pōt esse simul circa idē obiectū iclinatio ad ꝑsequēdū rōe delectationis sensualis z iclinatio ad fugiēdū rōe turpitudinis iudicate ꝓ rōem: vel etiam eōz: vbi circa idē obiectū inuenim⁹ sīl iclinatio ad fugiēdū. ꝓpter sensualē tristitiā z iclinatio ad ꝑsequēdū. ꝓpter decētiā rōe iudicatā ibi pōt poni ꝓtinētia z ipotinētia sed dicte iclinatiōes sīl inueniri pñt z i appetitu sēsitiuo: z in volūtate. igit z̄ē. maiorem videt⁹ manifesta qñ si illa potētia vīcat iclinatio ad passionē illā q̄ est ad rōem: erit icōtinētia. z si ecōuerso: erit cōtinētia minor satis appere pōt ex dictis i vltimis q̄stionib⁹ ꝓmi libri: z ex dictis i tertio libro capō de volūtario: z inuolūtario. z per ientiam manifestū ē q canis nō hñs appetitū itellectiuū: sz so

Oppositum

In quo ꝓueniūt z differūt cōtinētia z tpantia.

Intpantia z icōtinentia q̄ modo se hñt.

Oppio q cōtinētia sit i voluntate.

Contra illam oppinionem.

Rñsio

lum sensitiuum: inclinatur ad ꝓsequendū cibū ꝓpt delectationē. z ad fugiendū qñ dominus tenet baculū. Et mercator in mare tēpestate veniente inclinatur ad saluādū merces ꝓprer lucrū: z ad pdendū eas ꝓpter sanitatē suicorporis z vlr vbicūq; iudicatū fuerit i eodē esse rōnē aliquā bonitatis z rationem aliquam malicie: potentia nata sequi illa iudicia poterit habere duplicem iclinationem. hanc qdē ad ꝓsequēdū: illa aūt ad fugiēdū: q̄uis ille nō sint efficaces z ꝓplete: nunc aūt sensus iudicat debere cibū hūc seq; quia delectabilis. z itel lectus iudicat ipm esse fugiēdū quia idecens z vituperabilis: z appetitus sensitiuus inatus est vtrū q; ꝓsequi iudiciū scōm ꝓus determinata. Silr itellectus a sensu z appetitu sensitiuo stimulatus iudicabit cibū esse ꝓsequēdū ex rōe qua est delectabilis z ꝓ practicā rōcinationē iudicabit ipz esse fugiendū rōe turpitudinis z volūtas inata est seq; vtrūq; iudiciū ergo z̄c. ¶ Amanifestū est ergo qd

Ad rationes Ad primam.

sis rndendū ad ꝓnam rōem. Dicēdū est enim q; i appetitu sensitiuo z in voluntate ponēda est tpantia sicut dictum fuit in fine primi libri.

Ad secūdam

Ad aliam cōcedi debet q; mores naturales bñ disponūt ad continētiā aut icōtinentiam sicut z ad frutes z ad vicia. Si q̄d aūt restat dicendum de mulieribus z bestijs dicetur in alia questione.

Ethicozum exlii

est breuiter q; philosophi sepe vtunt equoce nōe

Cōtinētia q̄druplr sumit

continentie sepe enim continentia capitur pro oi abstinentia ab actibus venereis. z est sic idē qđ virginitas vel viduālis castitas: de qbus in tertio libro satis dictū fuit: aliquando aūt capiunt vlr ꝓ temperantia: ita q; continentia z tpantia sunt noīa sinonima z ita capit eā Seneca. Et sic ꝓtinētia 9z frus sicut tpantia. Alio et iam modo capitur pro specie seu ꝑte quadam temperantie: et ita videtur loqui Tullius de ea. Aliomodo capitur pro habitu quo insistentes rectitudini rationis resistūt passionibus in nobis vehementibus existentibus non auferentes totum tractum ipsarum ꝓpter quod operi nostro: contradicentia quedam vel displicētia annexa est. z istomodo determinat Arz de ea in hoc libro. z sic etiam capio in presenti q̄stione. ¶ Itē sciendū ē q; frus capit̄r dupl̄r

frus capit̄r dupl̄r

modo ꝓpe scz ꝓ hitu pfecto vidz inclinante z determinante potētiā ad optimū op9 i qō ipa potest. Aliomodo large ꝓ quolibet hitu iclināte z determinante potentiā ad opa laudabilia. Et iam satz manifestū est q; ꝓtinentia dicēda est virt9 large sumēdo frutē qz ꝑ sp opa ꝑsona recte rōi sunt laudabilia. ꝓtinētia aūt resistēs passionibus insistit rōni vt dictū fuit z sic opaf ꝑsona rōi. ō z̄c. Sic ergo bñ dicit Arz. videf vtiq; ꝓtinētia z ꝑseuerātia studiosoꝝ z laudabiliū esse. incontinētia aūt z mollicies prauoꝝ z vituperabiliū. scz si frus sumaf ꝓpe sicut dicunt aliqui q; continentia ꝓpt attribuit

Cōtinētia est in volūtate et nō i appetitu sēsitiuo scōm aliquos.

appentui sensitiuo non est virtus ipsius sensitiui appetitus quia non facit appetitum sensitiuum optime se habere cū adhuc rebellet rōi: et cū i eo sit9 remaneat adhuc iclīatio prava. Sed o dicūt isti q; ꝓtinentia pōt esse frus in voluntate quod sic ꝓ bare nituntf. non opz illā voluntatē esse minus bonā. q; resistens forti passioni z forti iclinationi appetitus sensitiui inclinat ad rōem: q̄ illam q̄ nihil habens sibi obuium inclinat ad rōem. imo tanto melior virtus requiri videtur ad operandum scōm rōem q̄to maior est inclinatio contra rōem. sed incontinētevolūtas incliat ad rōem cōtra tactū appetitus sensitiui. in pato aūt inclinat ad rōem nihil habēs obuiū sibi: oīa enī in ipo consonāt rōni ergo volūtas i continēte pōt tantā habere virtutem sicut in tpato. Itē ex multis electionibus ꝑsonis recte rōi pōt acqri frus in voluntate: dato q; non occurrat obiectū extra circa qđ homo possit opari scōm frutē. nā i hoīe deꝛēto posset intīs amor honesti figi in volūtate. q; nulla passione pmitteret se trahi ad actū turpē sicut dicebaf in. xxi. questione sexti libri. z tīs ꝓpter inexpiētiā passionum z ꝓsuetudinē sustinēdi eas appetitus sensitiuus in aduentu passionis plus doleret z minus delectabiliter obediret rōi: q̄ si passiones essent in eo tē perate: tales q̄ (vt isti dicūt) esset frtuosus scōz ptē supiozē: sed nō ex toto ꝓpter rebellionē seu nō delectabilē obedientiā partis sensitiue. propter quod ipm vocarem9 noīe ꝓpo ꝓtinentem. Tertio isti dicunt q; ꝓtinētia stare pōt cū hitu prauo appetitus

sententia auctoꝝ circa ꝓdicta

sensitiui. quia stat cum rebellione appetitus sensitiui: z inclinatione contra rōem. omne aūt quod rebellat rōi z inclinat contra rōnē prauū est vt sic tō z̄c. ¶ Istarum aūt trium conclusionum prima indubie vera est apud me. Tertia autē falsa. nam continens simul trahitur ad ꝓsequēdū idem rōne delectationis apparentis z ad fugiendum rōne turpitudinis z nō itelligo q; vnus tractus sit i appetitu sensitiuo solum z alter i voluntate solū sed in vtroq; appetitu puto hunc duplicē esse tractū. ¶ Appetitus ei sensibilis est inatus seq; delectabile: z est inat9 obedire rōi: ꝓpt qō scōz diuersas rōes pōt simul ad vtrāq; ptē inclinari: z cū appetitus sensitiu9 organica frus existens videat imediate mouere mēbra ad opandū: videf q; ad illud opandū moueat ea ad qō fortius inclinaf. tō puto si continens opaf scōm rōnē q; appetitus ei9 pl9 habeat de inclinatione ad obediendū rōni q̄ ad se quendū passionē. z ita videf magis bonus q̄ malus. z de hoc aliquid dcīm fuit in penultia q̄stione pmi libri. Scōa aūt dictaꝝ conclusionū est michi dubia pmo qz videref aliq̄bus q; pma rō illoz nō valeat. qm illa voluntas videf esse potētior et firmius habituata: que potest z potuit oēm impetū passionis extirpare: q̄ illa que solū potest resistere z tenere se contra passiones. Scōo qz videf et si virobiq; voluntas sit eque pfecta in se: tīs volūtas in frtuoso excedit in ordine ad electionē. equalis ei frtus nō videf equalē pducere effectū aliquo resistēte sibi z nō resistēte. T ercio qz si est possibile sine expientia passionū voluntatē ob eius libertatē purā transire in extremū eius actū passiōe pretente: sicut si esset expta passionū tamen hoc ēval de difficile: z ratio. Quarto qz volūtas perfecta dominaf perfecte sup appetitū ideo licet non possit extinguere dolorē vel tristiciā: nec in tīs moderare eā: sicut si appentus assuetus esset sepe sustinere: tamen ipsa pōt auferre totū tractū appetit9 ad oppositū rōnis multū enim refert tristari z tendere in repulsam rei tristabilis vel etiā delectāri z tendere in pscutionē vel cōseruationem delectationis vir ei frtuosissimus tristaref si exerciaref. sed rōe dictē q; inhonestū esset fugere sensitiu9 appetitus ex toto subiect9 rōni nullū daret impedimentum ad fugiendum: sed toto conatu se subijceret ad illam tristitiam sustinendam in immensū manifestum est igitur q; appetitum sensitiuum in immensum dolere in excertitio operis secundum rationem non arguit continentiam prout de ea loquimur hic: sed conatus in oppositum rationis quem totum auferret voluntas intēse z perfecte consummata videtur ergo q; continentia non sit virtus propie accepta nec appetitus sensitiui in appetitu sensitiuo: nec voluntatis in voluntate. sz q; sit habitus adhuc incompletus. sicut tepiditas non caliditas in summo. sed est caliditas incompleta. et sic etiam incontinentia non est completa malicia sed est propinqua sibi propter quod ipsa est vituperabilis. Ex hoc apparet illud de quo q̄dam dubitauerunt videlicet q; temperantia melior est habitus q̄ continentia quoniam i bonis habitus completus est melior habitu incompleto. tēperantia autem est habitus completus: z continē tia habitus īcompletus ergo z̄c. ¶ Contra quod tamen aliqui sic obijciunt temperantia nō agonizat ꝓtinētia aūt agonizat. habet ei bellū cū passione rebellare. sed agonistes cozonank ꝓmo hui9

Appetit9 sensitiu9 pōt sic hēre diuersas iclinationes.

Argut9 q; icō tinētia sit melioꝛ tpantia.

Liber septimus

ex toto carentes vsu rōnis nō posse dici ꝓpe continētes aut icōtinētes. Requirit etiā vlterius ad ꝓtinētiā z icontinētiā ꝓpe acceptas efficacia seu valitudo quedā tam rōis q̄ passionis si q̄s ei debilem habuerit rectitudinem rōis ꝓpter impotentiam naturalē. z ab hoc sequatur impetus passionis vt pueri non vituperant. tamen incontinētia est vituperabilis. illa ergo non est incontinētia sed vocatur nature fragilitas. Similiter etiam si q̄s habeat debilē rectitudinē rōnis ꝓpter malam assuetudinē: ipse tam exit terminos incontinētie z subintrat terminos malicie ꝓpter quod opz ad continētiā z incontinētiā ꝓprie dictas rōnē esse fortē z nō facilit declinabilē. Ita etiā appet q; si quis a debili passione vincatur: ipse reprobabitur non solum vt incontinēs sed vt malus: z si vincat eā nihil miꝛ. ideo non laudabilf inde continentia. tī est laudabilis oportet ergo impetū passionis fortē esse. Ex his apparet q; pueris vel hominibus bestialibus continentia ꝓprie vel incōtinētia non attribuitur ꝓpter debilitatem rōis sed nec mulieribus saltem vt in pluribus quia nō sunt firmi iudicij sed variabiles ꝓpter fluidam z fragilem complexionem naturalem: continentia tī z incontinentia sicut etiam virtus z malicia attribuuntur eis īperfecte z scōm quid vt nō vocemus eam ptinētiā simplr nec frtutem simplr: sed continentiam aut virtutem pueri vel mulieris. Et hoc videbatur Arz. istendere primo politice dicēs femina quidem hz ꝓsilium sed īmaturum. puer aūt hz quidez sed īperfectū. z q; similiter existimādum habere circa virtutes morales. existimandū enim oportere habere omnes sed non eodem mō sed q̄tuvnicuiq; ad sui ipsius opus. Et addit q; non est eadem tpantia viri z mulieris neq; fortitudo neq; iustitia. Contingit tī in aliquibus mulieribus multum vigere rōnem ꝓpter bonam natiuitatem z assiduā eruditionē. quib9 tam simplr ꝓpe attribuende sunt frtus z malicia: continētia incontinētia: sicut viris. sed hoc est vt in pauciozibus. Secūdū hoc q̄ z scōm ea que ꝓdicta sūt rōnes satis solute sunt z sic est finis questionis.

Oppositum.

duo rediunk ad incontinētiam.

Secundo

Contra aliaz partem.

Secundo

Oppositum.

Argumēta ꝓmo

q̄stio quarta.

Verit quarto. Utr mulieres vlr bestie vel hoīes bestiales debeāt aliqñ dici ptinētes aut icōtinētes. Arguitur de mulieribus q; sic: qz ptinētia sicut ꝓus dicebaf z incontinētia sunt in fra limites virtutis z malicie. ꝓpter quod oēs potentes ad virtutem vel maliciam attingere pñt fieri ptinentes aut icōtinētes: sed multe sūt īuēte mulieres valde male z multe virtuose tam frute tpantie q̄ frute fortitudinis inuincibiliter castitatē seruātes vel illesā virginitatē z ꝓpter deum aut bonū frtutis seruandū volentes martiriū sustinere. Et Arz. primo politice loquens de mulieribus dñis z seruis dicit q; morales frtutes existimandū esse oportere quidē participare omnes. ideo z̄c.

¶ Itē vbi inuenif vsus rōis z potestas tenēdi se in rōe vel egrediēdi a rōe. ibi pōt inueniri ptinentia vel incōtinētia: sed hoc totū īuenif i mulieribus ō z̄c. De bestialib9 etiā arguif qz aliqui dicuntur bestiales licet aliquid rōis habeant ex eo q; ipsā modicam participant: tales aūt aliquando pñt se ptinere in rōe: z aliq̄s egredi. ergo tales pñt. dici continentes vel incontinentes. ¶ Itē de bestijs arguitur qz ex eo q; aliq̄s duplicē habemus inclinationē circa idem. videlicet ad ꝓsequendū vlr fugiēdū scōm q; hec iclīatio vīcit illam vel eā nos dicimur ptinentes vel īcontinentes: sed i bestijs aliquando duplex talis inclinatio inuenitur: scilz ad ꝓsequēdū z fugiendū idē. sicut de cane dictum fuit in alia q̄stione. ¶ Oppositū videf velle Arz. in isto septimo. Dicendū est breuiter q; ad continentiā z incontinētiā ꝓpe dictas ꝓout de his intēdit Arz. in isto septimo requirif ꝓmo rectitudo rōis z scōo impetus passionis obuians ipsi rōni ꝓpter qđ. apparet bestias aut homīes bestiales

Verit ḋnto. Utrū cōtinētia debeat dici frt9. Dō sic q; Tullius i sua rhetorica reponēte ptinētiā sub tpātia tanq̄ partē quandā vel speciē ipius z per Senecā numerante eā iter virtutes cardinales i suo libello de quattuoꝛ frtutib9.

questio quīta Arf primo

Secundo

¶ Itē icōtinētia est malicia cū ab ea vituperemur ego cōtinētia est frtus. ¶ Oppositū ponit Arz. q; posteq̄ tractauerat de singulis frtutibus moralib9 tractauit seoꝛsū de cōtinētia. etiā ipsa non distinguerek ptra tpantiā. cū ipsa versef circa materiā temperantie tamen Arz. in isto septimo distinguit inter ipsam z temperantiam. etiā in principio huius septimi. Arz. condiuidit incontinētiam malicie z bestialitati z ptinētiā frtuti z heroice. dicit etiam Aristo. in isto septimo incontinentiam nō maliciam. ergo continentia non est virtus. Etiam cōtinens non est virtuosus quia dicitur primo huiꝰ q; in virtuosoꝛ non incontinēte omnia consonant rationi ergo continentia non est virtus. Dicēdum

Oppositum.

ptinētia q̄druplr sumitur

Secundo

ergo corona magis debeꝫ continentie: q̄ tpantie Item scđo huius circa difficilius semp ars fit virtus eteni bene melius in hoc: sed difficilius est sequi rōnem appetitu rebellāte (qđ facit continentia) q̄ non rebellante: quod facit temperantia magnitudo enim passionis auget meritū. Item multi ponunt tempantiam in appetitu sensitio et cōtinentiam involuntarie: nobilioris aūt potentie nobilior est habitus ideo ꝛc. Sed iste rationes nō concludūt. ¶ Ad pmam eni dicendum est q̄ ego nisare nobiscū non est bonū vel non est optimū sz agonisare cū obiecto passionatiuo est melius: et hoc potest esse duplicit. vnomō substernēdo tota liter timicū. Aliomodo sibi recalcitrando ꝛ resistendo ꝛ illū corona aūt magis debeꝫ pmomō q̄ secundomō ꝛ ille pmus modꝰ cōuenit tempantie. Sc̄ds aūt cōtinentie. ¶ Ad aliā dicendum est q̄ difficultas puenies ex debilitate rōnis ꝛ ipsius volūtatis: aut etiam ex inobedientia appetitꝰ sensitiui diminuit meritū. ¶ Ad aliam rōnem et ad principales rōnes apparet satis quid sit dicendū scđm predicta. Hec de questione.

Rsisio Ad primam.

Ad secundā.

Ad tertiam. ad principales rationes.

Tertio.

Questio sexta.

Arguit pmo

Verit sexto. Utr de aliq opabili possint haberi sit scia iudicia? Arguit q̄ sic: q̄ aliter nō possum⁹ simul circa idē habere scias iclinationes sz vnā ad psequēdū ꝛ aliam ad fugiendum: cum appetitus non feratur in incognitū sz consequēs est falsum vt apparet i pncipio⁹ ꝛ i cōtinentib⁹. vñ pmo huius. ¶ Ad cōtraria eni sunt icōtinentes. ¶ Itē icōtinēs, cū agit appetit agere illud qđ agit: ꝛ appetitꝰ nō serf nisi i apparēs bonum q̄ apparet sibi q̄ bñ agit. ꝛ tamen sepe contiteꝫ se scire q̄ non bene agit. dicit enim aliquando reprehendentibus ipm. scio q̄ nō bñ ago: sed non possū abstinere q̄ ꝛc. ¶ Itē possibile est q̄ aliquid sit pseq̄ndū nisi aliqđ futuꝝ cbstaret: ꝛ possibile est simul sensum aspicere ad presentes circunstātias solum ꝛ intellectū aspicere ad futuꝝ ergo possibile est simul sensum iudicare q̄ hoc sit pseq̄ndum. ꝛ intellectū q̄ hoc sit fugiendum: ꝛ isiam rationem vi sus est. Aristoteles notasse tertio de anima dicens q̄ appetitus fiunt contrarij. hoc autez accidit cum ratio ꝛ concupiscentia contrarie fuerunt sunt autem in temporis sensum habentibus intellectus quidem enim propter futurum retrahere iubet: concupiscētia autez propter ipsū tam videtur enim q̄ iam delectabile est bonum simplr propter ea q̄ non videtur quod futurum est. Similiter etiam quid prohibet te iudicare visu solez esse bipedale ꝛ intellectu matorē terra: vel etiam per colorē iudicare hunc esse sortem pervocē aut non esse specialiter cum visus ꝛ auditus sint potentie disperate: nō exinuicē dependentes. Oppositū arguit quia seq̄rek q̄ nō esset ipossibile pcedere contradictoria simul esse vera: non soluz ore sed etiam mente quod'est pra firmitatē pmi pncipij. vnde dicit. Arz quarto methaphisice impossibile namq̄ quemcunq̄ idem existimare esse et non esse. Notandum est q̄ multū differt intellige re simul ꝓpositiones contradictorias. siue habere in mēte ꝺictorias ꝓpositiones sit formatas ꝛ iudicare eas esseveras tu eni potes habere ꝓpositionē istā i mēte q̄ astra sunt parua: tñ nihil iudicas: an sit vera vel non: dico ergo q̄ possibile ē itelligere simul propositiones ꝺictorias siue hēre simul eas i mente formatas: aliter tu non posses formare primum pncipium: quia ptinet in te contradictorias ꝓpositiones scz idē nō esse ꝛ nō idē eidem. Similiter tu non posses formare questionē q̄ q̄stio ꝓpter sak inter oppositas vtrum deꝰ sit an nō sit. Sed dicā q̄ eande potētiā cognoscitiuam iudicare siue credere ambas simul eē veras ꝑbi gratia credere siue iudicare q̄ simul deus sit ꝛ nō sit ꝛ sic de aliis cōtradictorijs. ē ipossibile q̄n hoc esset ꝓtra firmitatē pmi pncipij: ꝛ q̄ sequeret q̄ i eodē essent simul ꝺria q̄ talia iudicia sunt cōtraria vt dicit Arz quarto metha. Sed dubium ē de diuersis potentijs puta de sensu ꝛ itellectu vel de duobus sensibus diuersis. Ad quod puto esse dicendum q̄ impossibile est eundem hoiem iudicare simul pintellectū vnū ptradictoriū esseveruz ꝛ per sensum alterum: ꝛ hoc videt michi notū per expientiam. iudiciū enim sensus ex toto cadit qñ contrariū iudicat intellectus. Astrologus eni licz primo crediderit per sensum solem esse bipedalē tamen postq̄ habet demonstrationem credat per intellectum ipsum esse maiorem terra: nec vnq̄ propter sensum stantem illo intellectuali iudicio: credet ipsum esse bipedalem. Et puto q̄ causa huius sit illa quam posuit Aristoteles. videlicet q̄ in eodem contraria non possunt simul existere. Eadem autem est anima in nobis vt puto intellectiua/sensitiua/appetitiua/secundum locum motiua. ꝛ vegetatiua nec extensa extentione corporis: sed tota vbiq̄ licet in bestijs non sit ita potentie tamen sensitiue appetitiue secundū locum motiue ꝛ vegetatiue in nobis sumpte ꝓ dispositionibus qualitatiuis aut quantitatiuis disponentibus ad actus sentiendi secundum locum mouendi aut vegetandi et iterum videndi ꝛ audiendi et cetera. sunt bene diuerse realiter ꝛ diuise loco et subiecto: sicut prius dictum fuit. cum ergo de virtute contradictoriorum iudicia sint contraria: impossibile est q̄ sint simul in nobis: quia simul exirent in anima nostra vnica et indiuisibi existente. ¶ Judicium enim non est solum in dispositionibus qualitatiuis aut quantitatiuis organi sed est in substantia anime subiectiue licet tanq̄ in subiecto remoto. sicut autem in materia prima non possūt ꝓpter quascunq̄ dispositiones qualitatiuas aut quantitatiuas esse simul forme realiter contrarie: puta calidum ꝛ frigidum: ita nec in anima. Item ꝛ eiusdem alia videtur esse causa videlicet q̄ in potentijs cognitiuis subordinatis superior semper dominatur inferioribus intantū q̄ superior iudicante: iudicium inferioꝝ si fuerit contrarium) extinguitur omnino. Quod manifeste videbis in frenetici: qui videntes oculos festucam nullomō credunt eam esse festucā sed serpentē vel lupū: vel oīno illud quod potentia estimatiua superior existēs iudicabit. imo iudicabit

Oppositum

Tertio

nō ꝓsit haberi iudicia ꝺctoria etiā in diuersis potentijs.

Judiciū sensꝰ cōis a sensibꝰ doctorem

Ethicozum cxliii

Obiectio.

Solutio

intellectꝰ hūs apphensionē ꝓpōnis pt q̄ dupliciter se hēte ad iudiciū

oppio q̄ aliꝺ sit apparēttia q̄ iudicium.

oppio oppositā.

auctor declinat ad pmam opinionem.

Due rōnes q̄ nō possumus hēre iudicia ꝺictoria etiā scz diuersas potentias.

se non videre festucā sed serpentē ꝛ audiētes parūm sonū ꝛ dulcē iudicabit se bella audire vel tonitrua. qđ q̄ mirū si hūs rōem in actu de magnitudine solis: iudicat solē eē maiorē terra: ꝛ esse falsum oīno q̄ sit minor ꝛ q̄ nullomō credat ipsum esse minorem. Si aūt aliq̄s nobis obiciat dicēs quō vis tu assignare cām pmi pncipij cū ei⁹ non sit causa. Rndeo q̄ pmi pncipij nulla ē causa sic q̄ procedam⁹ ipm ꝓpter ꝓcessionē alterius ꝓpositionis cuiuscūq̄ nulli⁹q̄ alterius ꝓpositiōis concessio est cā ꝓcessionis pmi pncipij. tñ bñ sūt cause aliq̄ ex natura rei ꝓpt q̄s intellectꝰ nō pōt negare pmū pncipiū. sed nc̄cio concedit ipsum: sicut sunt cause quare ignis necessario calefacit ꝛ nō potest frigefacere. vel etiam quia ideꝫ non potest sil esse calidū ꝛ frigidū. Sed oportebit videre q̄ intellectꝰ nr hūs i se formatā ꝓpositionē: pōt ad iudiciū de ꝑitate ipi⁹ se habere q̄dupliciter. vnomō q̄ rōe vel apparentia careat ad vtrāq̄ partem sicut forte esset de de problemate: an astra sint paria. Aliomodo q̄ habeat ad vtramq̄ partem rationes probabiles: sed tamen nundum determinantes ipsum ad vnā partē vel ad aliā. sicut esset forte de pblemate an forme substantiales elementoruz maneant substantialiter in mixto. Tertiomodo q̄ per rationes ex vna parte vicētes determinet ad iudiciū vni⁹ partis: sed tñ non sine formidine ad oppositū: ꝛ iste itelectus est sicut vapor conuersꝰ tam in nubē qui licet sit magis aqua q̄ aer: tamē multam habet dispositionē ꝛ tendentiā ad aerez. Quartomodo q̄ intellectus ex toto sit ad vnam partem determinatus omni formidine remota ꝛ iste est sicut vapor cum pfecte factus sit aqua: sic q̄ nulla remaneat in eo dispositio nobis vt puta contraria aque. Dicam ergo q̄ sicut in aqua cōplete generata remote sunt omnes contrarie dispositiones. ita i cōpleto iudicio de veritate vni⁹ partis omnes ablate sunt apparentie ad partem oppositā: sic q̄ nullam habent vim super intellectū. sed sicut nubes licet verius sit aqua q̄ aer: tñ aliquā reseruat aeris apparentiam ꝛ ꝑtutē: ita in debili iudicio saluatur effectus apparētie partis oppositē: reddēs iudiciū debile ꝛ faciliter in oppositū mutabile vel adhuc ꝛ ad amplioꝝ determinationē dici potest q̄ sicut aliqui ponunt formas aque ꝛ aeris nō misceri simul substantialiter. sed scđm dispositiones ipsaz: ita aliqui ponunt q̄ iudicia contraria non miscentur simul substantialiter sz dispositiones eoz scz apparētie. et isti hūi dicere q̄ sicut materia nō pōt simul esse sub forma aque et aeris. tñ ipsa in nube exīs sub forma aque ꝓpter dispositiones aeris conuenientes transire potest faciliter in aerem: ita intellectus exīs sub iudicio formidinali vnius oppositi potest ex facili motiuo transire in iudiciū alterius oppositi. Alii autē ponunt q̄ nō sit aliud iudiciū q̄ apparentia. quod si ꝓcedatur: cū apparentie oppositē (licet sub eē remisso possit simul stare sic oporteret dicere q̄ 2 iudicia contraria. ꝓpter quod dicerem⁹ q̄ sicut tepidum in puncto non esset magis calidū q̄ frigidū vel econtra. ꝓpt quod neq̄ simplr diceretur calidum neq̄ frigidum: sic hūs ad vtramq̄ ptez apparentiā equalē: nec diceretur simplr iudicare vnā partē nec aliā. Et sicut tepidum habēs plures gradus caliditatis q̄ frigiditatis diceretur simplr calidum ꝛ nō frigidum: ita habēs maiorē apparentiam ad vnam partem q̄ ad aliam dr simpliciter iudicare illam partem: ꝛ non aliam. ¶ Si queras cui istarum viarū magis assentiam dicā q̄ potest poni differentia inter apparentiam ꝛ iudicium: qñ sepe vt mihi videtur expertus sum q̄ cū rationes videre ad vtramq̄ partē, pbabiles. tñ ad neutrā partē iudicij determinabā me. etiā neq̄ nunc rōib⁹ ad vnā partē vel ad aliam superuenientibus sed i suspenso tenebā me. Et ite videmus non oīs eque cito nec eque intense cōsentire apparentijs. imo prudentis est prius examinare consilia. Apparentie nāq̄ videntur se tenere ex parte rerū ꝛ circunstantiarum suarū. Judicium aūt est actus ipsius intellectus circa apparentias: et nos videmus si voluntas ad vnam partem afficiatur q̄ intellectus plene iudicabit ꝓ parte illa ex apparentia debilissima. nec apparentie valde fortes poterunt ipsum mouere ad aliam partem verū esti tñ q̄ sepe nos vtimur noie apparētie ꝓ actu intellectus quo ipse assentit apparentijs sibi presentatis. ꝛ sic apparentiā ꝓcedo nihil aliud esse q̄ iudiciū: tūc ei dicerem⁹ q̄ eis dē apparentijs ex parte rez se tenētib⁹ oblatis huic ꝛ illi. non opz idē apparere huic ꝛ illi. vlterius etiam puto esse dicēdum q̄ eundem hominem iudicare simul vnū cōtradictoruz esseverum per vnum sensum ꝛ alterū per alterum sensum est impossibile. ꝛ hoc etiā videtur mihi notum per experientiam. si enim iste homo gerat in coloze ꝛ figura similitudinem sortis ꝛ in voce similitudinē alterius: tu videns eum ꝛ non audiens iudicabis bene q̄ ipse sit sortes ꝛ econuerso iudicabis q̄ non sit sortes sz audiens eum ꝛ non videns. Si autem simul audias eum ꝛ videas statim extinguetur vnum iudicium vel etiam ambo sic q̄ in suspenso tenebis tuam sententiam: dicens ignoro si est ipse vel non. nunq̄ enim dices credo q̄ sit sortes: et q̄ non sit sortes sed tu bene dices q̄ ille scđm colorem vel figuraz apparet esse sortes ꝛ secundum vocem apparet nō esse sortes loquendo de apparentijs exterioribus. Sz si loquaris de apparentia ꝓ consensu: hoc nūq̄ erit possibile simul. nunq̄ eni simul cōsentire posses q̄ ipse esset sortes ꝛ q̄ non esset sortes. Et isti⁹ conclusionis vt puto causa assignari potest duplex vna ꝓpria nobis. alia communis nobis ꝛ aliis libus. Prima ergo est q̄ anima nostra indiuisibilis exīs est in toto corpore ꝛ in qualibet parte eius ꝛ iudicia sicut dicit nō sunt solū in dispositionib⁹ qualitatiuis ꝛ ꝙtitatiuis organorum subiectiue: sed in substantia anime ꝓpter quod cum cōtraria non compatiantur se in eodem subiecto: impossibile est hominem siue secundum vnum sensum siue secundum diuersos habere simul contraria. iudicia. Alia causa assignatur quia sensus exteriores habent ad sensum communem necessariam connexionem: ita q̄ statim iudicia eorum perueniunt ad ipsum. ipse autem idem existens non potest simul habere iudicia contraria. iudicās autem vnam partem extinguet iudiciū partis oppositē sicut prius dicebatur. ꝓpter hoc q̄ ipse est

oppio q̄ sēs⁹ exterioꝝ non iudicet.

potentia superioꝝ ad omnes sensus exteriores. ⁊ imo dicunt aliqui forte probabiliter q̄ in organis exterioribus nullum sit iudicium sed in sensu cōmuni solum. ad quem species diuersorum sensibilium deferuntur per organa diuersa. cuius signum dicunt esse q̄ habentes lesum organum interius q̄uis habeant oculum bonum: sicut frenetici non iudicant aliquid bene per oculum. dicunt ergo isti quod sensus communis vnus existēs secundum rem dicitur plures secundum rationem. dicitur enim visus p̄out iudicat de coloribus p̄ oculum sibi p̄sentatis. et dicitur auditus p̄out iudicat de sonis per aurem delatis ad ipsum. ⁊ sic de aliis p̄opter quod in somnis vbi ligata sunt organa sensuum exteriora iudicamus de sonis et de coloribus ac si vigilaremus. ⁊ putamus audire vere vel videre. ¶ Ad p̄imam ergo rationem dici potest quod ad contraria sunt motus incontinentium sic q̄ appetitus extra passionem inclinatur ad fugiendum. et in passione ad p̄osequendum et ita non simul. vel etiam dicendum est q̄ intellectus simul iudicat idem esse delectabile ⁊ turpe: appetitus autem ob hoc statim innatus est habere circa illud complacentiam ratione delectationis. ⁊ displicentiam ratione turpitudinis. isto enim modo complacentia et displicentia nō sunt opposite. Sed sicut intellectus non potest simul iudicare q̄ illud totum sit p̄osequendum. ⁊ fugiendum: ita nec appetitus potest simul illud totum acceptare ⁊ refutare. et sicut intellectus poterit iudicare totum esse p̄osequendum ratione delectationis. iudicio tamen debili ⁊ formidabili seu formidinali p̄opter apparentem turpitudinem. ita appetitus poterit totum acceptare sed tamen acceptatione debili ⁊ cum annexa displicentia p̄pter turpitudinem: et erit voluntarium mixtum. ⁊ hec satis apparuerunt in tertio libro. ¶ Et eodem modo dicendum est ad aliam nisi q̄ si quid de scire restat dicendum illud dicetur post. ¶ Ad vltimam dicendum est q̄ intellectus si aspiciens ad futurum iudicet illud non esse faciendum nūq̄ sensus tunc iudicaret illud esse faciendum tamen adhuc manet iudicium q̄ illud est delectabile quia hoc etiam videt intellectus. p̄opter q̄s appetitus in obiecto habebet complacentiam. ⁊ nō posset acceptare ipsum stante tali iudicio quando q̄s etiam intellectus acquiescit iudicio sensus nō obstante nocumento futuro p̄ponderans illam delectationem illi nocumento futuro. ⁊ tūc appetitus acceptat sed cum aliqua displicentia p̄pter sibi apparens nocumentum. Ad aliam satis ꝛ̄sum fuit in corpore questionis.

Ad rōnes Ad p̄imam.

Ad scām. Ad tertiam.

Queritur vicesimo scōo. Utrum delectationes intellectuales habeāt tristicias sibi contrarias. ¶ Arguit q ic quia sicut aliqn iudicium intellectus sequit iudiciū sensus. ita possibile est delectatio intellectus sequatur delectationem sensus sed illo casu delectatio et tristicia ita contrariantur apud intellectum sicut contrariantur apud sensum. ¶ Et confirmatur quia intemperatus de habundantia venereozum delectatur non solum scōm sensum sed etiam scōm intellectum aliter non differret ab incontiente: de hac aūt venereozum habundantia temperatus tristaref etiam apud intellectum z tū nec tristicia illi delectationi esset contraria. ideo ꝛc. ¶ Item non magis videf q delectatio itellectualis habeat delectationem sibi contrariā: q̄ q habeat tristiciam sibi contrariam. sed ipsa habet delectationē sibi contrariā. ideo ꝛc. ¶ Ad oz. ꝓbat q̄ ex habitibus contrarijs eliciunf actus contrarij. z actus contrarios videnf sequi delectationes contrarie sed habitus intellectuales adhuc pure speculatiuos contingit esse contrarios quia ptingit opinari contractoria: z opiniones ptradictoꝛioꝝ sūt contrarie: vt dī quarto methaphysice. ¶ Item ex eodem principio. Arguit sic quicunq; de vno actu delectatur: ipse contristaretur de actu contrario ergo cum sit dare actus intellectuales contrarios adhuc impure speculatiuos vt dictū est sequit q delectatio intellectualis potest habere tristiciam contrariam. ¶ Item sicut delectatio sensualis de ꝓsētia cibi habet tristiciā ptrariam de eius absentia. ita quilibet videf experiri in speculatiuis q ipse delectaf de inuētione solutionis alicuius difficultatis z contrarie tristaf cum non possit eam inuenire. ¶ Oppositum videf dicere philosophus septimo huius vbi dicit quasdem operationes et delectationes esse sine concupiscentia z tristicia: puta eius q̄ est speculari natura non indigente. dicit etiā q ille delectationes que sūt sine tristicia non habēt superhabūdantiā hec. aūt vt dicit: sunt que natura delectabiliuꝝ: z non scōm accidens tales aūt maxime videnf delectationes intellectuales. ergo delectatiões intellectuales non habet tristiciā contrariam. dicit etiam. Arꝛ. in decimo huius q sine tristicia sunt mathemathice delectationes. dicit etiā q delectationes he quidē immixte: he aūt mixte. Et videf illas vocare imixtas que non habent contrarium illas aūt mixtas que habent contrariū. cum contrarium contrario misceak. delectationes aūt immixte videnf maxime esse delectationes intellectuales. ꝓpter quod. Arꝛ. in decimo huius dicit videf ei philosophia admirabiles delectationes habere puritate z firmitate. Adulti ꝓpter dictas auctoritates putāt fuisse de intentione philosophi q delectationes sensuales habeāt contrariū et non delectationes intellectuales quod tamē in dictis auctoritatibus philosophus non intendit cum non solum illa dicat de intellectualibus sed et de quibusdam sensualibus. dicit enī in decimo huius. sine tristicia enī sūt mathemaphice delectationes: z earum que scōm sensus z per olfactuz sed z auditiōes et visiones: multe aūt memorie z spes. Hec sequit si aliquesūt delectationes non mixte tristicijs: q non habeāt tristicias cōtrarias qm̄ albedo perfecta habet nigredinem sibi cōtrariam: et tū non est admixta ei nec etiam oīa contraria sunt in inuicem miscibilia: corruptibile enī et incorruptibile vt patet decimo methaphisice sūt contraria et tū non miscenf. forte etiam virtus nō misceturvicio contraria enī immediata si aliqua sint non miscenf ꝓpter quod videndum est quo modo sumak contrarietas delectationes ad tristiciam. Scōo videbitur quomodo delectationes intellectuales vel etiam sensuales habeāt contrarium. Tercio declarabif quid per auctoritates ꝓ⁹ us adductas Arꝛ. intēdat. ¶ Quātum ad ꝓmū dicitur alik et aliter a diuersis dicunt enī aliqui q delectatio de ꝓsētia alicuius obiecti contrariatur tristicie de absentia eiusdem. verbi gra delectatio intemperati de ꝓsentia z vsu ciboꝝ cōtrariatur tristicie de absentia eoꝝ z hoc apparet decimo ethicozum. ¶ Ubi dī q̄ punitiones malozū fieri debent per tristicias que maxime contrariantur amatis delectationibus z est ibi intentio: q̄ auarus qui in cumulationes pecuniarum delectaf p subtractionem pecunie punitaf: z superbus per subiectionem ꝛpzessionem z gulosus per ciboꝝ sustractionem. z sic de alijs. ergo intentio Arꝛ. est q delectatio de cumulatione pecuniarum ptrariatur tristicie de subtractione ipsarū nullus enī potest dicere q̄ auarus delectatus in cumulatione: punitur per tristiciā in cumulatione quia nunq̄ in cumulatione pecunie tristaref. ¶ Item fames et sitis sunt quedā tristicie de absentia cibi z potus z tamen ipse videnf contrariari delectationibus ex repletione quod sic ꝓbak tristicie contrariatur delectatio que est ipsius corruptiua: sed delectatio que est ex repletione scilicz ex sumptione cibi z potus est corruptiua tristicie que ī fame cōsistit. Similit delectatio ex salute nauis est obiectiua tristicie que erat ex eius periclitatiōe ideo z cē. ¶ Item delectatio z tristicia comparanf ad appetitum: sicut quies naturalis z quies violēta ad naturā grauis aut leuis. delectatio enī est qua si quies naturalis appetitus in bono tristicia vero est quasi quies violenta appetitus in malo cum enim bonum volitum adepti sumus: letamur z cū in malo detinemur inuoluntarie tristamur sed cōstat ex quito physicoꝝ q respectu eiusdem quies naturalis contrariaf quieti violente: z quies in termino a quo quieti in termino ad quem ergo tristicia de malo: contrariaf delectationi de bono opposito. ¶ Confirmaf quia contrarietas delectationis ad tristiciā videf debet sumi ex contrarietate obiectoꝝ cū actus distinguank per obiecta ergo tristicia de malo debet contrariari delectationi de bono opposito. ¶ Item cōtrarietas delectationis ad tristiciā debz sumi sicut cōtrarietas sanitatis ad egritudinem q̄n sanitas est ex ꝓportione conueniēti qualitatum z egritudo est ex defectu illius ꝓpoꝛtionis. sicut delectatio est ex conuenientia obiecti: z tristicia ex defectu conuenientie. sed sanitas que est ex proportione qualitatum contrariaf egritudini que est ex defectu il-

confirmatio

Secundo

oppositum.

decisio ī trib⁹ articulis.

ꝓm⁹ articul⁹.

quō sumik cō trarietas ī de ectationibus

Secundo

Tercio.

confirmatio

alia oppinio.

lius proporcionis ergo delectatio que est ex presẽtia obiecti cõueniẽtis cõtraria tristicie que est ex eius carentia ergo ꝛc. ¶ Aliꝫ aũt videt oppositum esse verum nõ enĩ videtur eis q̃ delectatio de aliquo sit contraria tristicie de suo ꝓtrario. sed tristicie de eodem verbi gfa videt eis q̃ delectatio de presentia cibi nõ sit cõtraria tristicie de eius absẽtia. sed tristicie de eiusdem cibi pñtia. ꝛ hoc nitũtur ꝓbare sic. cõtraria non fũt eiusdem mozis. sed delectari de salute ciuitatis ꝛ tristari de eiusdẽ destructione sunt eiusdem mozis delectari aũt de eius salute ꝛ tristari de eius salute sunt contraria mozum. ꝛ non possunt eidem simul inesse iõ et cetera ¶ Item contraria non consequũtur se adinuicem. sed consequitur si quis gaudet de ꝓsperitate vicini q̃ tristetur de ipsius aduersitate: et ecõtra vnde studiosum sicut videmus gaudere de ꝓsperitate vicini vel ꝓximi: sic eũ videmus tristari de eius aduersitate. ꝛ sicut inuidus ecõtra tristatur de ꝓsperitate ũc gaudet de eiꝰ aduersitate. ideo ꝛc. ¶ Itẽ actus vicioſi cõtrariãtur actibꝰ virtutum: sicut virtus vicio. sed gaudere de ꝓspe ritate vicini est actus virtutis ꝛ de ea tristari est actus vicij. ergo delectatio ꝛ tristicia de eodem cõtrariantur. ꝛ non delectatio ꝛ tristicia de cõtrariis ¶ Item delectatio fit scõm conuenientiã obiecti ad potentiã ꝛ tristicia scõm diconuenientiã modo conuenientia seu simili tudo ad albũ non contrariatur discõuenientie seu dissimilitudini ad nigrum. ergo possũt simul inesse eidem cignus enĩ scõm albedinem est similis nuiꝛ dissimilis coruo ergo delectatio appetitꝰ de aliquo non cõtrariat eius tristicie de contrario. ¶ Aliꝫ aũt dicũt q̃ ꝓprie loquẽdo de cõtrarietate nulla delectatio ꝓtriat tristicie: sed delectatio delectationi. nã contraria ꝓprie accepta debent esse eiusdem generis et nõ diuersorum. vt apparet decimo methaphyſice. ꝓpter quod dulce invoce non cõtrariat amaro in sapore: nec vniuersaliter aliquaꝝ alicui sapori. ꝓpter hoc q̃ vox et sapor sunt diuersa genera sub se plures species continẽtia cũ quibus adhuc sub eodem superiori genere cõtineãt. sed delectatio et tristicia sũt diuersa genera: delectatio enĩ sub se plẽs species ꝛ diuersas habet sicut expresse dicit Arꝫ. decimo huius ꝛ pari rõne tristicia plẽs habꝫ sub se species tristiciarũ ergo ꝓprie nulla delectatio contrariat tristicie nec ecõtra. ¶ Item delectationes sequẽtes actus contrarios sũt inuicẽ contrarie vt delectatio studiosa ꝛ delectatio vicioſa verbi gfa: delectatio amici de ꝓximi ꝓsperitate contraria est delectationi inimici vel iuidi de ipsius aduersitate si aũt delectatio sit contraria delectationi sequit q̃ ipsa non sit cõtraria tristicie: qr tantum vnũ est vni cõtrarium vt dr decimo methaphysice ergo ꝛc. ¶ Ista igitur vident michi satis difficilia: tñ forte potest via dari ad inquirẽdum veritatem ampliozẽ si distinguamus tria ad delectationem vel tristiciam principaliter faciẽtia. ¶ Primum est obiecti conditio qr scõm aliam ꝛ aliã obiecti cõditionem vel naturam ipsũ q̃ patet conueniens vel discõuenies. apparens aũt cõuenientia delectant. et discõuenientia cõtristat saltem q̃tũ est de per se licet per accidens scz rõne absentie

Secundo

Tercio.

tercia oppio.

Secundo

fiat aliq̃n ecunuerso. ¶ Scõm est obiecti ꝓsentia vel absentia. Nam pñtia conuenientis ꝛ absẽtia disconuenientis delectãt econuerso aũt cõtristãt et forte istud scõm posset reduci ad pmũ quia di sconuenientis absẽtia iudicat tanq̃ cõuniens ꝛ conuenientis absentia tãq̃ discõueniens. Sed forte q̃ aliquis obiceret cõtra illud scõm dicẽs q̃ memoria ꝛ spes obiecti cõueniẽtis sũt aliq̃ẽdo lecta biles cũ tamẽ obiectum non sit conũctum neq; ꝓsens. Ad hoc rñdet arꝫ. primo rhetorice dicens q̃ in oĩbus talibus memorantes vel sperãtes quasi sentire putãt id quod amatur habẽt enĩ ꝓsentiam obiecti si non realiter. tñ aliquomodo scõm fãtasiam. Ex quo cõcludit arꝫ. ibidem q̃ cũ aliq̃s fiat tristis de hoc q̃ amicꝰ abest vel etiã moꝛtuus est tñ imploracionibus et lamentationibꝰ insit quedã delectatio tristicia quidem enĩ nõ adesse delectatio aũt ex memoratõ ꝛ videndo aliqualiter illũ et qualis erat. ¶ Tercium vero faciens ad delectationẽ et tristiciã est cognitio dicte cõuenientie ipsius obiecti vel discõuenientie et ꝓsentie vel absẽtie. Nam ꝓpter huius tercij defectũ delectatio non cõcurrit ipsibus vel vniuersaliter cognitione carẽtibus. ꝓmo hoc tercium videt ad delectationem ꝛ tristiciã esse principalissimũ in tantũ q̃ obiectũ delectat si non fuerit ꝓueniens neq; ꝓsens. dũ tamen apprehensũ fuerit per modũ conuenientis et ꝓsentis. verbi gfa malus i. re simpliciter turpis et nature hoꝛis discõuenienti delectatur qr iudicat illam cõuenientem: aliquando etiã in somnis ymaginãtes se comedere vel bibere delectant. Quibus non adsint cibi neq; potus ymo ꝓpter ipsius tercij principalitatem dubium est vtrũ delectatio sit idem realiter quod huiusmodi iudiciuꝫ vel apprehensio vel sit res alia consequens tamẽ naturaliter ad ipsã de quo dubio postea inquiremus. Hijs aũt visis apparet iam q̃ si delectatio non sit idem quod illud iudicium tamẽ habet ipsum cũ duobus antecedẽtibus ꝓ subſtracto vel obiecto passionũ aũt distinctio contrarietas si nõ formaliter tamẽ scõm extrinsecam denoiationem ꝛ originaliter sumitur ex distinctione subſtractoꝝ vel obiectorum. ꝛ ideo contrarietas potest delectationibus ꝛ tristicijs attribui ex parte cuiuslibet trium predictorũ. Si ergo contrarietas attendatur penes cõditiones obiectorum aliꝫ duobus manẽtibus eisdem. tũc delectatio de aliquo obiecto cõtrariatur tristicie de obiecto contrario verbi gfa delectatio frigescentis que fit de caloꝛe est contraria eius tristicie que fit de frigoꝛe. et delectatio pincipis de salute ciuitatis est contraria tristicie eiusdem de ipsius destructione q̃n ille passiones sũt cõtrarie que possunt successiue eidem inesse ꝛ non simul. sed sic est de delectatione ꝛ tristicia constat aũt q̃ frigescens et manẽs in eodẽ iudicio de conuenientia ꝛ disconuenientia caloris ꝛ frigoris scz in illo iudicio q̃ caloꝛ est sibi cõueniẽs ꝛ frigus discõueniẽs non simul delectari potest de caloꝛe ꝓpter ꝛ tristari de frigore ꝓpter. nisi forte scõm diuersas ptes quia nõ possunt ei simul ꝓsentari caloꝛ et frgꝰ. ſs successiue potest si caloꝛ post frigus sibi ꝓsentetur vel econtra. Isto aũt modo delectatio non ꝓtraria

Secundum

Tercium.

vñ sumit ꝓprietas passionibus.

notabile

riatur delectationi qa stãte eodẽ iudicio ꝓdicto de conuenientia caloris ꝛ discõuenientia frigoris impossibile est delectari de frigoꝛe. ¶ Et est sciendũ q̃ delectatioꝛ tristicia dicto modo ꝓtrarie nõ ꝓtriantur i genere moris scz scõm rõnem bonitatis moꝛalis ꝛ malitie sibi opposite. sed potiꝰ ꝓsequũntur adinuicem tãq̃ eiusdẽ moris eiusdẽ. ei moris est delectari de salute ciuitatis ꝛ tristari de eiꝰ destructione. nam virtuꝰ ſpectat bonitatẽ ciuis vel ꝓncipis similit eiusdẽ moris est gaudere de ꝓximi aduersitate ꝛ tristari de eiꝰ ꝓsperitate virtuꝰ enĩ est ꝓpositum iuidie. ¶ Si vero ꝓtrarietas accipiat penes obiecti ejusdẽ pñtiã ꝛ absentia manẽte etiam eodẽ iudicio de ipsꝰ obiecti ꝓuenientia vel disconuenientia tũc delectatio de pñtia ꝓtriatur tristicie. de absentia. ꝛ nõ delectatio delectationi ꝛ erit delectatio ꝛ tristicia ꝓtrarie eiusdem moris sicut dictum fuit de ꝓximo modo sumẽdi ꝓtrarietatẽ ꝛ totũ illud ꝑ declarari sicut declaratũ fuit de ꝓximo modo ꝛ ꝑ capi exẽplũ de pñtia inimicoꝝ ciuitatis ꝛ eoꝝ absẽtia ꝛ hoc totũ ẽ rõnabile qr dictum fuit q̃ ille modꝰ ꝓtrarietatis reducebat ad ꝓiozem. ¶ Si aũt ꝓtrarietas attendat penes cõtrarietatem iudiciozũ manẽtibus eisdem aliꝫ de duobus tũc etiã delectatio ẽ ꝓtraria tristicie: qñ sicut ꝑus argutiꝫ fuit ille passiones sũt ꝓtrarie q̃ possunt eidem inesse sucessiue ꝛ nõ simul: sed circa eiusdẽ obiecti pñtam idẽ nõ ꝑt simul delectari ꝛ tristari. esto forte scõm illius obiecti diuersas rõnes verbi gfa si aliquod obiectũ scõm aliud apparet ꝓueniens ꝛ scõm aliud discõueniẽs ꝛ hoc apparet qr idem scõm idem non ꝑt simul eodez iudicari ꝓueniens ꝛ discõuenies. tñ sucessiue aliquis posset circa eiusdẽ obiecti ꝓsentiã ꝓpter contrarietatem iudiciozũ delectari ꝛ tristari: quia ipsius iudicis dispositione mutata possibile est q̃ iudicat idem nunc cõueniens ꝛ post disconuenieno: verbi gfa frigescens iudicat caloꝛẽ sibi ꝓuenire. ꝛ cũ fuerit super calefactus iudicabit eũ sibi disconuenire: ꝓpter quod delectatus in ꝓncipio de caloꝛe tristabitur in posterum. de eodem ꝛ ita malus homo tristat ex ꝓsperitate ꝓximi qui factꝰ bonus delectabit de eadem. Et apparet satis isto modo q̃ delectatio non cõtrariat delectationi: neq; tristicia tristicie. Apparere etiã ꝑt q̃ in pertinentibus ad mozes dicta ꝓtrarietas delectatiõis et tristicie non solũ attendit penes substantiã delectationis ꝛ tristicie vel etiã penes eius causas ꝓse: sed etiã attendit penes rõnem bonitatis. ꝛ malicie. verbi gfa si delectatio de ꝓsperitate ꝓximi ẽ bona moralis oportet q̃ tristicia de eodem sit mala: et sic de aliis: et hoc est rõnabile q̃ veritas iudicij est causa ꝛ origo rectitudinis et oĩm aliozꝫ actum sequentiũ. ꝛ falsitas causa obliquitatis et malicie. ¶ Sed vlterius intelligendũ est aliq̃s delectationũ ꝛ tristiciarum ꝓtrarietas nõ attenditur penes vnũ solum trium predictorum: sed simul penes duo vel oĩa tria simul. Si attendat penes duo ipsoꝝ hoc est tripliciter. Uno modo penes cõtrariam obiecti conditionem ꝛ penes absentiam et ꝓsentiã: tercio scz iudicio manẽte eodem et tunc delectatio nõ erit contraria tristicie. Nam iudicio eodẽ manẽte mutato vtroq; aliozũ necesse ẽ vel vtrobiq; delectari vel tristari. verbi gfa si de ꝓsentia amici delectatur ipse etiã de absentia inimici delectantur qr si iuidus tristat de ꝓsentia salutis respectu ꝓximi sui: manifestũ ẽ etiam q̃ ipse tristabit de absentia tẽpestatis vel pdictionis. sed isto modo delectatio delectationi cõtrariatur ꝛ tristicia tristicie verbi gfa gaudẽs de ꝓsentia petri amici exitis gaudebit etiã de absẽtia eiusdem si factus fuerit inimicꝰ: non simul qr impossibile ẽ eundẽ eidem ꝛ simul esse ꝓsentẽ amicum ꝛ absẽtem inimicum. quod tñ est possibile successiue. et ista contrarietas non est scõm mores: sicut de se patet. Et est notandũ q̃ dicta contrarietas delectationis ad delectationẽ scz q̃ repugnat eas simul inesse eidem debet intelligi si dicte due contrarietates circa obiectũ accipiant circa idẽ suppositum in numero. sic enĩ impossibile est eũdem simul esse amicũ ꝓsentẽ ꝛ inimicũ absentẽ Sed si dicte ꝓtrarietates accipiant circa obiecta diuersa in numero: nulla erit delectationũ adinuicem repugnãtia: imo poterũt simul inesse eidem possibile enĩ est q̃ tu simul gaudeas de ꝓsentia petri amici ꝛ de absẽtia iohãnis inimici. Et istud notabile tu debes applicare aliquibus dicẽdis cõclusionum vel etiã dicendarũ vt tibi videt expedire. esset enĩ nimis ꝓlixum oẽm scrupulositatẽ istius questionis explicare. ¶ Aliomodo põt attendi cõtrarietas ex ꝓte cõditionum obiecti ꝛ iudiciozum simul alio manente eodem scz absentia ꝛ ꝓsentia verbi gfa bonus homo ꝛ inuidus qui de ꝓsperitate vel aduersitate vicini habẽt iudicia ꝓtraria comparent ad ipsius ꝓximi dictas aduersitatem et ꝓsperitatẽ vtrobiq; scõm ꝓsentia vel vtrobiq; scõm absentiã ꝛ tũc apparebit sicut ꝓius q̃ delectationi non cõtrariat tristicia. qñ in cuiscũq; ꝓsẽtia bonus delectabat iuidus in ꝓsentia contrarij tristabit. ꝛ in cuiuscũq; absentia bonus delectabitur. iuidus tristabit in absentia cõtrarij sed sic delectatio cõtraria erit delectationi ꝛ tristicia tristicie qñ eidẽ simul non poterũt inesse delectatio ꝛ tristicia de ꝓsentia ꝓsperitatis vicini et de ꝓsentia aduersitatis tñ qr non sunt simul huiusmodi ꝓsperitas ꝛ aduersitas nisi forte scõz qd tum quia idem non ꝑt simul habere iudicia ꝓtraria: quod tñ ad hoc exigeretur. tñ successiue hoc ẽ possibile qr idem ꝑt esse nũc iuidus ꝛ post bonꝰ et vicino põt nunc bona fortuna contigere ꝛ post mala ꝛ satis apparet ex predictis q̃ in dicta contrarietate est etiam contrarietas moralis scõz rõnem bonitatis ꝛ malicie ꝓpter contrarietatẽ iudiciozum. ¶ Aliomodo põt attendi contrarietas ex parte ꝓsentie ꝛ absentie et ex parte iudiciozum simul tercio manente eodem scz natura siue qualitate obiecti. verbi gfa q̃ bonus homo et inuidꝰ comparentur ad ꝓsentiam et absentiã ꝓsperitatis amici et erit dicendum oĩno sicut de modo immediate ꝓcedente dictũ fuit. ¶ Ultimo modo põt attendi cõtrarietas delectationũ et tristiciarũ ex parte oĩm trium predictorũ simul et si delectatio cõtrariabatur tristicie et scõz rem et moralẽ scõz rõnem bonitatis ꝛ malicie: verbi gfa si bonꝰ hõ delectat in pñtia ꝓsperitatis vicini: iuidus tristabit in absẽtia aduersitatis ꝛ hoc apparet satis ꝓsideratis ꝑdi

alius modus ex parte oppositionum obiectis iudicatorum.

tercius modus

quartus modus ex parte trium.

Sprietas delectationũ ꝛ tristiciarũ aliqñ attendit penes vnũ illoꝝ trium aliqñ penes duo vel tria.

ad rōes tertie opinionis

cta. Istis aūt cōsideratis apparet q rōnes dictarum opinionū prius narratarum procedunt vnusquisq; ¶ Ad primam rōnem tercie oppinionis dicendum est q non oīa cōtraria etiā proprie dicta sunt in eodem genere. sed illa que ad invicem hñt transmutationem sūt eiusdem generis. z hoc dō in decimo methaphysice corruptibile enī z incorruptibile sunt ptraria vt ibidem dicunt Arīz. et cōmentator: z tamen non sunt eiusdem generis z in predicamentis dicit Arīz. q oīa contraria necessarium est vel in eodem genere esse vel i contrarijs generibus vel ipsa genera esse. z exēplificat ibidē clare de oībus istis modis. forte etiā potest dici q delectatio z tristicia circa obiecta ptraria eiusdē generis existētia vel circa eiusdem obiecti presentiam z absentiā magis sunt eiusdem generis naturalis q̄ delectationes circa obiecta diuersa. vbi gra circa veneres et circa honores. ¶ Ad aliā concessum est q est accipere delectationem ptrariam delectationi: sed nec obstat quin ipsa cū hoc possit esse contraria tristicie: qñ vero dō q tātum vnum est vni ptrarium: hoc debet intelligi sumēdo scōm idem illā contrarietatem: sed scōz diuersa ad ipsum pcurrentia nichil phibet sumi diuersas contrarietates scōm quas idem scōm subiectam diuersum tñ scōm rōnem potest esse plurib9 contrarium. ¶ Nunc veniamus ad ostendēdum scōm propositum scz quomodo tam delectatiōes sensuales q̄ intellectuales habeāt contrarium.

ad secundā

tercio9 articul9 reddit ad propositum

Propter quod sciendum est q aliq̄n delectamur et tristamur de obiecto exteriori apprehēso per modum conuenientis vel disconuenientis presentis vel absentis. ¶ Et isto modo delectatio: potest habere ptrarium ex contrarietate obiectorum si obiectū delectationis hēat ptrariū. si dictū obiectū non habeat contrarium: tñ delectatio illa posset habere cōtrarium sumptū ex illius obiecti presentia vel absentia vel ex cōtrarietate iudiciorum. z per bi gra: supercalefactus delectat et scōm sensum et scōm intellectum de frigido loco. z scōm vtrūq; tristat de calido. Alio aūt modo delectamur aliquādo z tristamur de actibus vel habitibus nostris interioribus cognitiuis vel appetitiuis

delectamur de obiecto et de actib9 nr̄is

duplex actus cognitiuus

¶ Actus aūt cognitiu9 est duplex. vnus simplicit apprehensiuus in quo nulla pringit falsitas vt apparet circa de aia talem aūt actum possumus apprehendere sub rōne conuenientis q̄ in rei veritate conueniens est nobis sicut perfectio cōueniens est perfectibili. ppt quod de eo possumus delectari. sed talem actum nunq̄ q̄tū est de se possumus apprehendere per modū disconuenientis licet per accidēs hoc possit fieri videlicet inq̄ntuz ipsum cōsequit aliquādo actus falsi iudicij et vlterius act9 erronei appetitus vel inq̄ntū forte organum sensus ledit in tali actu. ppter excellentiā sensibilis vel inq̄ntum ad tālem actū doloz consequit propter disconuenientiā obiecti: z sic de aliis multis modis. z ideo talis delectatio nullū habet contrarium per se loquēdo sumēdo contrarietatem ex cōtrarietate iudiciorum q̄ sicut dictum est semper illum actū q̄tum est de se iudicare mus conuenientem z nūq̄ disconuenientem. Itē talis actus nichil habet contrarium simplicesei apprehensiones cōtrariorū vel contradictorū nō sunt cōtrarie cum possit simul nobis inesse: ymo cum cognitio vnius opponit sit ductiua in cognitionem alterius: ideo de tali actus delectatio nō habet cōtrarium sumendo cōtrarietatem ex contrarietate obiectorum. tñ (vt puto) nichil prohibet illam delectationem habere tristiciā contrariā cōtrarietate sūptā scōm absentiam z presentiā. sicut eni tu delectaris visu ita carentia visionis esset tibi tristis valde. verbi gra homo multo plus tristatur in obscurro carcere reclusus q̄ i claro. nō solum propt comestionem z potationem z alias necessitates: sed etiā propt solum videre propt se: et si apud intellectū sicut tu delectaris cū veritatem alicuius cōclusionis iuenis sic tristari potes q aliq̄n detentus eleucho sophistico nō potes eā adipisci sic eni videt mihi q beati de beata dei visione intellectuali gaudēt. z q̄ y abolī tristicia cōtraria tristant de carentia illius visionis. secūd9 actus cognitiuus

¶ Aliu9 aūt est actus cognitiuus cōplexus z iudicatiuus de veritate z falsitate complexionis qui tā potest habere cōtrariū eo q oppiniones cōtradictorū sunt ptrarie verbi gra iudicium q deus est diligēdus z iudicium q deus non est diligēd9 sunt contraria iudicia. z simul in eodē stare non possūt: ex qua contrarietate delectatiōes de illis actib9 possunt dici contrarie non solū scōm rem: sed etiā in moralibus scōm rōnem bonitatis z malicie. sicut de se patet z est ista ptrarietas obiectorū delectamur eni de aliquo actu intelligendi q̄ref lexiue apprehendim9 illum actū. z obiectum per modum conuenientis. Et videt michi q ex contrarietate dictorum obiectorū in presenti casu delectatio nō est contraria tristicie q̄ non minus habens iudicium falsum apprehendit illud per modū veri z conuenientis q̄ alter habens iudicium verū. Hā impossibile est te simul iudicare deum esse odiendum. z iudicare q illud iudiciū sit falsum. vter q̄ igitur suū iudicium apprehendit per modū veri z conuenientis: ideo vter q̄ in suo iudicio delectat verum est tñ q̄ post desitionē falsi iudicij tu rediens ad verum iudiciū posses iudicare te errasse: et de hoc penitere z tristari: ideo per istum modū concedi posset in casu pñti delectationem esse cōtrariam tristicie. sed hoc esset ex cōtrarietate iudiciorum reflexorū magis q̄ ex ptrarietate obiectorum iudiciorū verum est etiā q circa talem actuz cognoscendi scz iudicialem posset esse delectatio contraria tristicie sumendo ptrarietatem penes illius iudicij pñtiam z absentiā. nam vt dixi sante sicut tu delectaris cū percipis te cognoscere veritatem alicuius cōclusionis: ita tu potes tristari de hoc q̄ scipis te nescire si sit vera vel nō. tertio9 articul9

¶ Quātum ad tertium propositum: sciendum est q duplex est delectatio q̄dā est nature p̄fecte vel tā p̄fecte alia est nature tendētis in perfectionē scōm q tēdit in perfectionem z hoc est q̄ natura perfecta. potest apprehēdere suā perfectionem per modū conuenientis: z sic de ea vel in ea delectari. z in tali delectatione nulla est mixta tristicia ptraria. q̄ nec apparet ibi aliquid disconuenientes. nec apparet ibi carētia p̄fectionis nā si ibi aliq̄d tale appareret: illa delectatio non esset nature perfecte vel tā

q̄ perfecte sed tanq̄ diminute. natura sūt tendēs in perfectionē pōt apprehendere illā tendentiā. siue illum motū per modū coeuenientis tū q̄ per ipsum perfectio acquirit tum quia per ipsū cōtraria dispositio remouet: que erat factiua tristicie. sic pōtin tali motu siue de tali motu delectari: sed huic delectationi quedā est amixta tristicia: propter hoc q̄ impossibile est percipere motū nisi p̄cipiendo carentiā aliquā perfectionis ad quā tendit. modo sicut percipiendo pñtiā cōuenientis delectamur: ita percipiendo eius absentiā tristamur

ad rōes p̄ncipio q̄stionis.

¶ His aūt visis: rōes adūtrāq; partem adducte in principio questionis p̄nt facilit concordari z exponi. Auctoritates eni adducte scdo scz ad partē negatiuā arguūt non q delectatiōes itellectuales non habeāt contrariū. sed q delectationes perfecte nature non hñt cōtrum est de perfe mixtam tristicia sive sint delectationes itellectuales: sive sensuales. ideo qd dicit Arīz. de delectationib9 mathematicis idem ipse dicit de delectatiōibus que sunt in actu videndi vel audiendi: sicut prius allegatum fuit. Possunt etiam dicte auctoritates exponi cōtrum ad hoc q̄ ostensum fuit in actibus cognoscitiuis z specialiter in actu intelligendi substantias separatas. nā sic contingit oēs delectationes habere tristicias contrarias sicut illa que sūt circa obiecta exteriora et sensibilia.

questio. xxiij:

arguit p̄tio.

Secundo

confirmatio

Tercio.

aliter formatur ratio

¶ Queritur vicesimo tercio. Utrum tristicia sit magis fugienda q̄ delectatio appetenda. ¶ Arguit q sic quia sicut in naturalibus: ita p̄portionabiliter debet esse in volūtarijs: scz in naturalibus actio cōtrarij facit ad velocitatē motus aqua eni calefacta citius congelat vt dō primo methaurorū. cū ergo fuga tristicie sit ex cōtrarietate mali circūstātis: appetitus aūt delectationis non sit ex aliqua cōtrarietate: sequit q fuga tristicie debet esse maior q̄ appetitus delectationis. ¶ Item fortis ex eo magis laudat q̄ temperatus quia resistit impetui fortiori. sed ipse resistit fuge tristicie. temperatus aūt resistit appetitui ideo. z c̄. ¶ Et confirmat per hoc q dictum est tercio huius: difficilius est tristicia sustinere q̄ a delectationibus abstinere: ergo impetus ad fugiēdum tristitiam est maior q̄ ad p̄sequendum delectationem. ¶ Item simplicit loquēdo tristicia est malū z delectatio bonū: sed est magis fugiēdum malum q̄ p̄sequendum probatio quia illud est magis fugiendum propter quod maius malum euitat: sed per fugere malum euitat malitia z per consequi bonum euitat bonitatis seu virtutis carentia z non est dubiū quin peius sit esse malum q̄ non bonum ideo. z c̄. ¶ Aliter hec rō format sic illuo est magis fugiendū quo non facto status hois manet peior. sed si quis nō fugit maliciā ipe erit malus. sivero non appetit bonitatem: ipse nō erit bonus: peius est esse malum q̄ non est bonū ideo. z c̄. Tercio dicta rō formatur sic: fugere maliciam z non fugere maliciam opponunt. i. terum appetere bonitatē z non appetere bonitatē opponuntur: sed non fugere maliciā sive tristiciā sequi bonitatem ergo fugere maliciā sive tristiciā est melius q̄ appetere bonitatem. p̄bat consequētis per illā topicam. si oppositum in oppositio z p̄positum i. p̄posito. ¶ Oppositum arguit q magis diligendus est amicus q̄ odiēd9 inimicus delectatio aūt amica est. z tristicia inimica ideo. z c̄. ¶ Item fuga tristicie est a malo repellente appetitus aūt delectationis est a bono trahente sed bonū videt esse potentius malo: tum q bonum est habitus z malum videt esse priuatio. tum q malum non est integrum bonū vero est magis integrum. z quia nō est dubium qui optimum sit pessimo potentius

oppositum

Secundo

¶ Item finis est p̄ncipalissimus in mouendo appetitum: sed delectatio mouet per modū finis tristicia aūt non habet modum finis: neq; etiā carentia tristicie cū non sit standum in ea: sed vltra ad delectationem procedendū. ¶ Item (sicut dictū fuit) tristicia simplicit est malum z delectatio bonum: sed magis est prosequendū bonum q̄ malū fugiēdū. p̄bat primo auctoritate Arīz. quarto huius dicētis q virtutis magis est bñ operari q̄ turpiter nō operari. scdo quia illud ēmagis faciādū q̄ facto stat9 est melior: sed bono p̄secuto status est melior q̄ remoto malo q. melius est esse bonum q̄ non malum. Tercio q. melius est cuius finis p̄prius ē melior sed appetere bonum hab. finē p̄prium melior q̄ fugere malum q. sicut dixi melius est esse bonum q̄ nō malum. ¶ Deinde arguit q neutrū af. q neutruz sit melius altero. q. idem mot9 non videt esse melior seipso. sed fuga tristicie z appetitus delectationis videt esse idem motus sicut recessus a nigro z accessus ad album: idem eni est terminus a quo z terminus ad quem. ¶ Item quorum nullū est bonum neutrum est melius: sed nullū predictorum est bonum q. dō in scdo huius q̄ppter appetere delectationes operamur mala. z ppter fugere tristicias a bonis recedim9. Et si esset ita. q̄ritur tūc vtrum delectationes essent magis fugiē de q̄ tristicie sustinende. Arguit q sic q. propter fugere delectationes euitat intemperantia. z per sustinere tristia euitat vicium timiditatis vel mollicie. sed intemperantia est vituperabilior timiditate z mollicie. z illud est est melius per quod vituperabilius euitat. ergo. z c̄. ¶ Cōtra. q. virtus est circa magis difficile vt dictum est in scdo huius. difficilius aūt est tristicia sustinere q̄ a delectationibus abstinere. ergo impetus ad fugiēdum tristitiam est maior q̄ ad p̄sequendum delectationem. ¶ Item simplicit loquēdo tristicia est malū z delectatio bonū: sed est magis fugiēdum malum q̄ p̄sequendum probatio quia illud est magis fugiendum propter quod maius malum euitat: sed per fugere malum euitat malitia z per consequi bonum euitat bonitatis seu virtutis carentia z non est dubiū quin peius sit esse malum q̄ non bonum ideo. z c̄. ¶ Aliter hec rō formatur sic illuo est magis fugiendū quo non facto status hois manet peior. sed si quis nō fugit maliciā ipe erit malus. sivero non appetit bonitatem: ipse nō erit bonus: peius est esse malum q̄ non est bonū ideo. z c̄. Tercio dicta rō formatur sic: fugere maliciam z non fugere maliciam opponunt. i. terum

Secundo

Tercio

neutruz sit melius altero

michi q alique delectationes sūt magis appeten de qui quecunq; tristicie fugiende. z hec sit prima conclusio que sic probat. sicut se habz appetere delectabile ad fugere triste: ita se habz appetere delectationem ad fugere tristiciā: sed magis est appetendum aliqd delectabile intellectuale q̄ fugiendum quodcūq; triste corporale. qm̄ mors est tristis ad extremum tristicia corporali scōm Arz. z tamen aliq̄n sustinendū est mortem propt actum virtutis exercendū. sicut pbatū fuit in .ccio libro questione decimo octauo. ¶ Similit etiā conuerso videt mihi q tristicie intellectuales alique magis sūt remouende: q̄ quecūq; delectationes corporales psequende. z hec sit scda cōclusio que sic probat. quia dictum est q vir perfectus in virtute ad repellendū inimicos patere tristicā sibi itel lectualem inferentes non solū oēm delectationē corporalem postponeret. sed in casu etiā ipse mori tristissime se offerret. Sed ista pclusio sic sane ponenda est q tristicie intellectuales remouende sunt per repulsionem inferentis tristiciā. z nō sic q ipso manente non sit tristandū verbi gra fortis ad expulsionem inimicorū exponeret se morti sed manentibus eis tanq̄ impossibilib⁹ expelli. et propter nue populū affligentibus: fortis non cessaret a tristicia sua sed solum moderare eā rōe. Si aūt fiat pparatio penes passiones ptrarias: (quas pro nūc ego voco illas que circa idem obiectum fierent) verbi gra penes delectationem de solute nauis z tristiciā de salute eiusdem. vel penes delectationem z tristiciā de eius subuersione: tūc vel obiectum erit scōm veritatem delectabile: z sic delectatio erit appetenda z tristicia fugienda. z erit questio quod illorū magis: vel obiectum erit scōm veritatem tristabile z tunc erit tristicia sustinenda z delectatio abiscienda: z quere tur quid eorū magis: si ergo obiectum fuerit secundum rei veritatem delectabile. (verbi gra: bonum proximi vel salus ciuitatis) videt mihi q delectatio magis erit appetenda q̄ tristicia fugienda. ¶ Et ista erit tercia pclusio que ex hoc pbat q semper appetitus primo respicit finem. z ab eo maxime determinat in tñ q non nisi gra finis statuti determinatur ad alia. sed delectatio vel delectabile habet se ad appetitum per modū finis: tristicia aūt vel tristabile nunq̄ ideo. z̄c. ¶ Item proportionabiliter tenendum est de appetitu aiali sicut de appetitu naturali sed agens intēdens calorem magis intendit. et per prius inducere calorē q̄ frigus destruere imo cum omis intensio nature sit in bonū simpliciter. z melius sit naturalit esse q̄ non esse imo simplicit. non esse non est bonum sequit q agens calorem intendit per se calorem. z non intendit frigus destruere: nisi per accidens scz in q̄tum repugnat calori per se intēto ergo similiter appetitus aialis intendit per se. primo cōsequi delectabile: z solū per accidens siue ex pse quenti remouere triste. Nec obstat q est idē motꝰ determino a quo. z ad terminū ad quem primo. q licet sit idem subiecto: tñ non est idem rōne. Scōo quia z si esset idē re. z rōe intrinseca: tñ non oportz q sic vnifozmit eadem intēsio agentis circa terminum a quo. z terminum ad quem: imo si non esset terminus a quo tñ tremінus ad quem itenderet. Si autē terminus ad quem nō intenderet nunq̄ terminus a quo abijceret quod ex hoc pz q̄ multa pducunt ab agentibus ineſſe absq; abiectione contrarij. nihil aūt ab aliquo agente corrūpit nisi forte per subtractionem actionis aut agētis absq; alterius pductione. dico naturaliter licz ergo non sit pcessus melioz siue motus melioz hinc q̄ ab hinc: q̄ est idem: tñ rō bonitatis magis attribuitur motui ex eo q est hīc q̄ ex hoc q est ab hīc

scōa pclusio

¶ Si aūt obiectum fuerit tristabile scōm rei veritatem: verbi gra damnū proximi vel destructio ciuitatis: tunc ego puto q magis est sustinendum tristiciā q̄ delectationem abijciendū. Et hec sit quarta conclusio que probat. quia quod est virtuoso propriū. est melius: quod est alijs commune dico int humana sicut int entia quod est propriū deo est melius. eo in que alia communicāt: z propter logice cauillātes ego sic illud intelligo q deo vel virtuoso magis attribuit rō bonitatis scōm predicata sibi propria q̄ scōm ea que sūt cōia sibi et alijs. sed virtuoso proprium est tristari de dāno proximi z vniuersaliter de oi quod est tristabile simpliciter. alijs aūt cōe est de his non delectari. verbi gra pueris vel alijs qui neq; boni neq; mali existentes non curarēt de bono proximi aut de malo

q̄rta pclusio

¶ Et est sciendum q his duabus pclusionibus i mediate precedentibus sūt alie due corespondentes prime ergo sit ista q circa obiectū simpliciter delectabile peius est tristari siue tristiciā sustinere: q̄ non delectari siue delectationē abijcere quia tristari esset pprium vicioso ideo pessimum nō delectari aūt essz cōe ei qui neq; esset vir. nec vicioſus ideo neq; bonū neq; malū: vel saltem minus malum scda illarum pclusionum est q circa obiectum simpliciter tristabile peius est delectādū q̄ non tristandū z ista pclusio modo consimili probanda est. Et iste due pclusiones etiā probant per illam regulam scōi topicorum: si oppositū in opposito z propositū in proposito: que vt apparet ibidem tenet in .ix. minis p tradictorijs: econtrario non sit ipso. ¶ Si vero fiat pparatio penes delectationes z tristicias psequentes: quas pro nunc ego voco illas que fierent circa obiecta contraria vel oppostta psequunt enī adinuicem scōm moralē. maliciam vel bonitatem. tunc est questio vtrū magis sit delectandū in obiecto delectabili: q̄ tristandum in tristabili. De quo ego puto q magis sit delectandum in delectabili q̄ tristādū in tristabili: quod pbari pōt sicut tercia conclusio probabatur. ¶ Sed statim obijcit contra istam conclusionē quia videt esse contra cōem naturam oīm aialiū plus enī oēs tristarent de superexcedenti fame: q de quacūq; corporali repletione delectarent.

tercia pclusio

tercia ppatio

obiectio

Plus etiam homo tristat de intensa egritudine: q̄ delectet de oī sanitate plus etiam tristaremur de attroci corporis vulneratione: q̄ gauderemus de oī corporis integritate. ¶ Ad hec aūt oia dicēdum ē q esse z viuere ē nature summe delectabile scz magis q̄ quodcunq; aliud sit tristabile. qō ex hoc patet: quia nullus homo sane mentis vel etiam nullum animal tantum passum est tristicia

Solutio

am qui adhuc abhorreret magis mori q̄ illā tristiciam sustinere. z nos videmus q vna maxima tristitiarum est doloz mulieris parturiētis: quā tñ licet expta non tñ abhorret quantum cupit delectationem in venereis. propter quod nō abstinet ab actu venereo. pōt ergo dici q quia omnes sensus z tota vita radicant i pportione determinata quantitatū tangibilium. z quia iterū intellectiua cognitio dependet ex sensitiua: ideo doloz siue tristitia tactus cum fuerit excellens: q̄tus primo et directe nō opponatur nisi delectationi tactꝰ: tñ ex pse quenti opponitur omni delectationi cuiuslibet sēsus z etiā intellectus. z vniuersaliter delectationi que est inesse z viuere et in quocunq; opere vite. nō magis a bhorretur naturaliter: q̄ sola delectatio tactus appetatur. non tñ ingtū soli delectationi tactus opponitur. vñ si esset diuisa tristitia illa i tot ptes quod delectationib⁹ opponit. quelibet pars nō magis abhorreret q̄ delectatio sibi opposita appeteret: sed minꝰ. vñ videmꝰ aliquos sibi procurare famē z sitim vt delectent in cibo et potu sed non procurant hec ad extremū quia auferrent delectationē maxime desideratā que est de essendo et viuendo. distinctionē aūt in determinatione illius questionis scrupulosiorem studiosis relinquo.

¶ Ad primā ergo rōem dicēdū est. q actio cōtrarij repellēs z actio pueniētis alliciens reddūt bñ motum velociozem: q̄ vnum istorum solum: sed propter hoc non opz q cōtrariū p se acceptū reddat motum velociozē q̄ conueniēs per se acceptū

¶ Ad aliā pōt concedi: q tristitia vehemens tactus est vehementioris impetus q̄ aliqua delectatio partialis tactus nisi illa delectatio sit de esse sue de viuere vel nisi includat eam virtualiter. cuiusmodi nō sunt delectationes circa q̄s est intēperatus. a quibus est facilꝰ abstinere q̄ tristitia sustinere. q̄ aliquando fortis sustinet pprietē fortitudinis. causa aūt q̄re tristitia est vehementissimi impetus z valde fugienda: dicta fuit. quia scz virtuaiter opponit omni delectationi. ¶ Ad aliam dicendū est q magis est pseq̄ndū bonū q̄ cuitandū malū. z qñ vt illud est melius per quod magis malum euitatur: illud posset pcedi. et tunc diceret q malicia euitat nō solū p fugā mali sed etiam per prosecutionez boni. ita q prosecutio boni claudit in se virtualit fugam mali. z aliquid addit vltra qō melius est. ¶ Vel potest dici q fuga mali scōz eius precisam rōem habet pro termino a quo. malicia positiue. z p termino ad quationē malicie. prosecutio aūt boni habet p termino a quo quationē bonitatis. z pro termino ad quē ipam bonitatē positiue ideo cōcedi posset q fuga mali est melioz q̄ prosecutio boni in ordine ad terminos a qb⁹ sunt sed in ordine ad terminos ad quos tendūt. psecutio boni est melioz. z qz motus z inclinatiōes magis specificant ex terminis ad quos tēdunt q̄ ex oppositis ideo simplr pcedi debet q prosecutio boni est melioz. Et eodemmō pcedit alia formatio. ¶ Ad aliā pcedēdū q peius sit nō fugere malicia q̄ non prosequi bonitatē. sed sequitur cōuersio quia sicut declaratū est scōo thopicoz: argumentū in terminis p dictoz debet fieri scōm cōsequentiā econtrario: non scōm consequentiam.

in spo. ¶ Ad aliā rōem que arguebat q neutrum sit melius reliquo quia est idē motꝰ risum fuit in questione. Quando etiā arguitur q neutrū sit bonum de hoc visum fuit prius. vbi visum fuit que delectationes vel tristitie sunt bone vel male. et q modo. ¶ Quando etiam arguitur de his que secundum veritatem non sunt delectabilia: nec psequenda sed fugienda. q deleccationes sint magis fugiende quam tristitie sustinende: potest dici sicut etiam de vna alia ratione dictum fuit: q ratio bene forte procedit cōparando motū fugez motū psecutionis ad terminos a qb⁹ sunt precise sed non comparando eos ad terminos ad quos tendunt: imo sic bene arguit ratio ad oppositum adducta.

Queritur vicesimoquarto. Utrū delectatio sit motus. ¶ Arguitur q sic per diffinitionem ipsius delectationis datam primo rhetozice: que talis est. delectatio est motus quidā anime et constitutio simul tota et sensitiua in existente naturam. ¶ Itē in decimo huius dicit Arz. q delectatum fuisse contingit velociter vel tarde velocitas autem z tarditas sunt proprietates motus. Itē delectatio est passio quedam. sed actio et passio videnf esse quidā motus scōm Aris. tertio phȳsicoz. ¶ Item si delectatio fiat diuisibiliter: et temporaliter ipsa est motus. sed sic est ergo. z cōmaioz patet: qz tunc sibi cōueniret descriptio motus scz q ipsa esset actus imperfectus siue actus entis in potentia hoc etiā patet quia destructa esset rō propter quā Arz. negat eā esse motū. Ex hoc enim dicit eam nō esse motum quia fit tota simul minoz probatur: quia causa propter quam forma aliqua acquiritur temporaliter non videtur esse nisi qz ipa est diuisibilis recipiēs intensionē z remissionē. et qz habet contrariū. vtrūq; aūt horum conuenit delectationi ideo z̄c. ¶ Item Arz. concedit decimo huius delectationez esse sicut visionem: sed visio est motus. pbatio quia visus mouetur a visibili: et oīa sensus a sensibili vt apeare et secundo de anima. sed non alio motu visus videt moueri a visibili q̄ visione. ideo z̄c. Oppositum dicit Aris. in decimo huius expresse et satis in septimo. ¶ Notandū est sicut dictū fuit in questionibus pcedentibus q delectatio et tristitia requirunt conuenientiam vel disconuenientiā obiecti: et eī⁹ pñtiā vel absentiā et tertio horum notitiā. Et certum est: q delectatio non est idē realiter qō obiecti conuenientia vel disconuenientia. nec ē idē qō ipsius presentia vel absentia. sed vel est idem realiter quod noticia ipoz vel consequit eam inseparabiliter quod istoz sit verū dicetur post. Notandū est secundo: q motus si proprie capiatur est actus entis in potentia scōm q in potentia id est actus imperfectus cum tendentia ad vltiozem perfectionē. propter qō necce est motū siue formā secundum quam aliquid dicitur moueri esse partibilez et fieri non totum simul sed temporaliter partez post partem continue. et hoc totum supponendū ex libro phȳsicozum. Altomodo motus accipitur communiter vt se extendit ad transmutationē indiuisibilem siue instantaneam. Tertio modo acci

pitur adhuc communi⁹ prout se extendit ad fo⁹mam tam factam sed tamen in suo conseruari dependentem continue ab agente suo. Adhuc quartomodo motus accipitur ipsopte pro inclinatione ad aliquid faciendum vel recipiendū: ꝛ sic ois appetitus concupiscentie vel desideri⁹ potest dici motus. sic enim dicit commentato⁹ ꝓmo phyſicoꝝ: q appetitus materie ꝑme est id quod ipa habet de motu ad fo⁹mam: et forte motus adhuc dicitur aliis modis de quibus non curamus ad presens. Dicam ergo q querere vtrum delectatio sit motus quartomodo: nihil aliud est ꝙ querere vtꝝ ipsa sit idem quod concupiscentia vel desiderium de quo postea ꝛquiretur. de tertio autem modo ca pendi motum satis manifestum est q Aristo. delectationē concederet esse motū: q⁹ dependet cōtinue ab obiecto delectabili: saltē apprehēso sic etiā visionē ꝛ oēz nostram cognitionem dicerem⁹ esse motum. De scdo autem mō ꝑ quanto distinguitur a primo dicetur in alia questione. Sed de primomō capiendi motū erit nūc ꝛhendū. ¶ Ad cuius euidentiā ꝓmo videndū est vtꝝ delectatio sit diuisibilis. Scdo vtrū tota sit vel ptinue pars post partē. Tertio videndū ē principale quesitu⁹ ¶ De ꝓmo breuiter ꝓcedendū est q delectationes sensuales sunt quātitatiue diuisibiles ad diuisionem sui subiecti. propter quod subiective sunt in potentia anime corporea et extensa: delectationes autem intellectuales isto modo nō sunt diuisibiles ꝓpter hoc q intellectus ꝛ voluntas sunt potentie sepate a magnitudine sic ꝙ nō extense extensione magnitudinis. ¶ Item puto: q vtreq⁹ sunt diuisibiles in ptes graduales sc̄z prout fo⁹mā inēsibilē ꝛ remissibilē dicimus diuidi si fuerit intensior ꝛ remittat oēs esse experimur nos aliqñ magis aliquando minus delectari circa aliq̄ obiectū vel aliquo ope. imo sepe videm⁹ aliq̄ delectare nos a principio satis intense: q̄ postmodū ꝛtunk ꝛ rediū ꝛ displicentiā. ꝛ hoc manifeste concedit Arꝛ. De secundo ꝓposito potest dici sicut dicerem⁹ de lumine lumē ei⁹ (sicut ꝛ delectatio) intendi pōt et remitti: tñ corpore lucido approximato corpori illuminabili: lumē statim fit ita intensum: q̄tum exigit natura lucis ꝛ natura dyaphanitatis illoꝝ corporum ita ꝙ propter motam temporalem corporis lucidi super corpus dyaphanū lumē nō fit intensus q̄ esset prius. sic enī dicim⁹ lumē fieri totum simul non vnam partem gradualem post aliam: ꝛ hoc vocamus aliquid fieri ī instanti. Tamē lumen in corpore dyaphano potest temporaliter ꝛ continue intendi per hoc ꝙ corpus lucidum intrinsece alteratum efficitur continue lucidius vel per hoc ꝙ corpus dyaphanum alteratū scōm ei⁹ dyaphanitatem: fit continue purius vel dyaphanius vel etiam. per hoc ꝙ corpus lucidum continue sit corpori illuminabili ꝓpinquius. Sic ergo debemus dicere q obiecto conueniēti ꝓsentato ꝛ iudicato de ei⁹ cōuenientia ꝛ pītia statim sequitur delectatio ista intēsa quantū exigunt obiectū ꝛ iudiciū et conditio appetitus ita q ꝓpter istoꝝ morem tpalem delectatio non intendit. ꝛ hoc appareret per experientiā. vnde videmus aliquem eque intense vel inēsius delectari. cum icipit accipere cibum. vel cum incipit aliquid delectabile accipi vel audire: sicut post. ꝛ oino qñ delectatio seq̄t̄ inseparabiliter iudiciū de ꝙuenētia ꝛ pītia obiecti ꝛ a ꝓncipio possum⁹ iudicare obiectū eē ꝙuenies vel plus q̄ pri⁹: nō sic etiā opz esse de delectatiōe sic q̄ ptingit delectationē fieri totā sil. nō pri⁹ remissā q̄ intensā. quod vocamus fieri in instanti. Et hoc intendit Aristo. in decimo huius cū dicit. videl. eē visio quidem scōm quodcunq̄ tēp⁹ perfecta esse non enim est indigens illius: quod i posterius factū pficiat ipsius speciem. tale aū videl a delectatio totū enim quoddā est scōm nullū tēpus accipiet quis vtiq̄ delectationē cuius ī plus tempus facte. pficietur species tamē ī dubitanter tenēdū q̄ delectatio pōt intendi ꝛ remitti ꝛaliter et continue per hoc ꝙ obiectū fit ꝙuenientius vel disconuenientius propinquius vel remotius: per ipsius vel corporis nostri mutationem. vel ꝙ hoc ꝙ nos iudicando de eius conuenientia vel disconuenientia magis aut minus attendimus ad obiectum: propter hoc enim bene dicit Aristo. in decimo huius. ꝙ nullius cōtinue delectatur quia laborat in opere illo ad quod delectatio illa cōsequitur. vnde sicut dicit et quidē delectant nous entia posterius aūt non similiter: propter hoc ꝙ primum per videri a inclinata est mens: ꝛ tense circa ea operatur q̄dmodū scōm visū aspiciētes: postea non fit talis operatio sed neglecta. propter quod ꝛ delectatio obscurat. Et forte adhuc non est magnus amplius determinare predicta. videlicet quia mihi videt q licet lumen possit fieri totū simul q̄ tū ad totalitatē extensionis: ꝑbi gratia si fenestra presente sole aperiatur: totus aer ī camera simul illuminabit ꝛ nō patus ps propinqua fenestre q̄ remota. tñ totalitate intensionis lumēnon pficietur totum simul neq; fiet: sc̄z pri⁹ remisse ꝛ postea continue intensius secūdū ꝙ fenestra magis aut magis aperietur. cū enī fenestra valde modicū aperta est lumen in camera erit valde remissum ꝙ ut quilibet experitur. ꝛ eodēmodo contingeret si camera esset aperta ꝛ illuminaretur per apportationē candele. nā pars lucis candele prius obsceretur hostio camere: q̄ tota lux. et pars lucis non eque intense illuminat sicut tota. imo quod plus est non esset inopinabile sustinere (vt mihi videt) ꝙ totus aer camere sumpt⁹ extensiue non illuminaretur simul. sed semper pars propinquior ꝛ coram lucido directior prius: q̄ pars remotior vel indirectior: quia exprimitur lucē aliqñ sic esse debilem ꝙ illuminare non potest, nisi partes aeris ꝓpinquas sibi. et quanto lux illa augeretur vel minueretur. tanto illuminaret aerem ad maiorē vel minorem distantiam. modo constat ꝙ quacunq̄ potestate lucis ad illuminandum cameram data q̄cūq̄ apertura fenestre erat prius dare minorez sic ꝙ motus apertionis fenestre sit diuisibilis in finitum. videtur ergo ꝙ in apertione fenestre fuit dare aliquando potestatem lucis sufficiētē ad illuminādum partes aliquas in camera ꝓpinquas fenestre que nundū sufficiebat ad illuminandum remotas. ꝛ puto ꝙ hoc intendebat alexāder dicēs omnem transmutationem esse in tempore: sed q̄dam latere sensum: sicut cōmentato⁹ recitat sexto

resolutio auctoris

